

Biblioteca
ASTRA, Sibiu

'92 *

P.C.N.

'05

T1-234

9, 5th

C

PACIFICUS, ET SALUTARIS
DISCURSUS

De Vera, ac Æterna in Natura

DIVINITATE CHRISTI

In quo *PACIFICUS CATHOLICUS* familiari simul, ac salutari colloquio ostendit Unitariæ Professionis *EUNOMIO* Veram, Æternam, ac in Natura Consustantiam Divinitatem

Christi cum Patre.

Cum annexis Thesibus Theologicis

DE DEO UNO, & TRINO

Juxta Principia Doctoris Mariano subtilis
JOANNIS DUNS-SCOTI

A PP. FF. Ignatio Andaházi, & Cornelio
Peterffi Provinc. Transilv. Fratrum Min. Strict.
obser. in studio Generali SS. Theolo-
giz studentibus.

P R A E S I D E.

P. F. Matthæo Sükösd ejusdem Ord.
& Instituti SS. Theologiz Lectore
Ordinario.

propugnandis.

Vetero-Claudiopoli ad Nives Marianas

A U D I T O R I B U S

Ex Zelo salutis animarum

O B L A T U S

Anno reparatæ Salutis humanæ 1745.

Die Septembris.

46 Cum facultate Superiorum.

Claudiopoli Typis Academicis Societatis JESU.

2080.



**INFINITO ENTI
TEROPTIMO MAXIMO**
Per Essentiam Existenti,

**PATRI
INGENITO
FILIO
UNIGENITO**
Spiritui Sancto ab u-
troque procedenti
In Personis Trino,
Uni in Natura DEO

Se, huncque proprii laboris partum
cum Thesibus annexis

Æternum devovet

Præses cum Defendantibus.

THESESTHEOLOGICÆ DE DEO Uno, & Trino.

I.

THeologia est rerum Divinarum, ex iis,
quæ revelata sunt sacra doctrina; via-
torum defectu evidentiæ non est pro-
priè scientia: ejus objectum attributionis
est Deus, formale *quod* Deitas, motivum
propter quod veracitas Divina in revelando
per discursum applicata.

II.

Esse Deum est veritas per se nota: ejus
existentia etiam transmiso Atheis processu
in infinitum demonstrabilis est ex creaturis
collectivè sumptis: Hinc in homine adulto-
nationis usu compote, ne ad breve quidem
tempus datur ignorantia invincibilis de ejus
existentia.

III.

Est substantia singularis, spiritualis; vita-
vivens intellectuali, existens à se, & per
essentiam, actus purus. Cujus ratio forma-
lis constitutiva, & distinctiva, est existentia
per essentiam. Proinde nec infinitas radica-
lis, nec asseitas, est de ejus ratione formalis
primò constitutiva, & ultimò distinctiva.

§

IV.

IV.

Essentia à Relationibus non distinguitur sola distinctione personali mixta identitate reali ; prout nec attributa ab his , & inter se distinctione virtuali extrinseca , seu rationis ratiocinatæ , nec virtuali intrinseca , sed distinctione illa digna Doctore Subtili ex Natura rei formalis.

V.

Deus est simpliciter infinitus , prout & ejus attributa sunt infinita formaliter , non infinite essentiæ , & à se , sed per se , & ex se ; non est proinde in Deo una infinitas formaliter , quamvis una sit radicaliter . Est immensus , & ubique præsens tribus præcipue universalibus modis , videlicet : per essentiam , præsentiam , & potentiam .

VI.

Theologia beata , seu beatitudo essentialis objectiva , est ipse Deus , formalis visio Dei intuitiva , & fruitio summi Boni , principalius tamen hæc , quām illa . Et quamvis nequeat Deus videri intuitivè ab intellectu creato naturaliter , potest tamen supernaturaliter .

VII.

Nequit Deus videri ab oculo corporeo , nec ab intellectu creato comprehendendi ; & esto possit absolute videri intuitivè à puro viatore , id tamen paucis admodum , & raro concessum est , excepta Beissima V. Maria .

VIII.

VIII.

In moderna providentia intellectus Beatorum elevatur ad intuitivam Dei visionem , per lumen gloriæ , tanquam per sui principium. Unde tam lumen gloriæ , quam intellectus Beatorum , est principium immediatum effectivè productivum visionis beatæ.

IX.

Inæqualitas visionis beatæ provenit moraliter ex inæqualitate meritorum , physicè tamen , & ex inæqualitate potentiarum ; unde intellectus perfectior cum æquali lumine , perfectius videt Deum intellectu minus perfecto.

X.

Justis in gratia decedentibus , & plenè purgatis , immediate conceditur , visio Dei intuitiva ; qui in Patria defactò vident omnia in Deo formaliter contenta , puta : staributa omnia , ac relationes originis.

XI.

Est in Deo intellectus permodum actus primi , & intellectio per modum actus secundi , habens pro objecto primario essentiam Divinam , creatureas verò pro objecto pure terminativo.

XII.

Cognoscit possibilia in essentia sua ut medio priùs cognito ; futura contingentia abso-luta in decreto condeterminante : ac proinde non cognoscit ea in seipsis ! præcisò omni decretò , de eorum futuritione.

X.II.

XIII.

Conditionatè verò futura libera in decre-
tis subjectivè absolutis , & objectivè condi-
tionatis, absque concursu scientiæ mediæ ;
scientia enim conditionatè futurorum media
antecedens omne decretum voluntatis Divi-
næ in Deo locum non habet.

XIV.

Deus amat seipsum necessariò , non tamen
naturaliter , sed liberè libertate essentiali ;
creaturas verò liberè , & contingenter amo-
re benevolentiæ ; possibiles autem amore
simplicis complacentiæ.

XV.

Actus Divinæ voluntatis ad extra in actu se-
cundo liber , est ipsemet actus voluntatis Di-
vinæ quô seipsum necessario amat , ut liberè
terminatus ad creaturas ; seclusò omni com-
plemento intrinseco , vel extrinseco per mo-
dum constitutivi.

VVI.

Est in Deo omnium rerum creatarum ,
etiam minutissimarum providentia immedia-
ta , & in particulari : Item prædefinitio , quâ
ab æterno prædefinivit actus liberos creatu-
ræ rationalis concomitanter , simul nempe
cum valuontate creata . similiter.

XVII.

Est in Deo prædestinatio ; seu electio crea-
turæ rationalis , ad gratiam , & gloriam ,
quæ

quæ ad gloriam ut coronam in moderna Dei providentia , facta est ex meritis ; reproba-
tio verò ex demeritis absolute prævisis. Se-
clusa Dei revelatione , nullus potest esse cer-
tus de sua prædestinatione.

XVIII.

Mysterium Trinitatis , Fides Catholica docet , tanquam initium salutis : consistit in unitate essentiæ , & Trinitate Personarum. Tam Verbum , quām Spiritus sanctus , est naturâ Deus , consubstantialis Patri.

XIX.

Dux tantum sunt in Divinis processiones , una Filii à Patre , altera Spiritus sancti ab utroque : Et sunt actus notionales , qui in intellectu respectu Filii , est *Dictio* , in vo-
luntate respectu Spiritus sancti , *Spiratio
activa-*

XX.

Principium quod , & totale , divinarum processionum , est persona producens : prin-
cipium quod , remotum ; est essentia Divina : principium verò quo , proximum , & imme-
diatum ; est intellectus , & voluntas , cum
essentia fœcundante.

XXI.

Generatio Verbi , & spiratio Spiritus sancti , non præsupponunt cognitionem , & a-
morem creaturarum , sive possibilium , sive fu-
turarum ; sed solius essentiæ Divinæ , at-
tributorum , & modorum intrinsecorum.

Perfo-

Personæ Divinæ constituuntur , & distinguiuntur , per proprietates relativas , personales , sub formali ratione relationum.

XXII.

Præter tres relationes Divinas reales tam quoad esse in , & esse ad , constitutivas Divinarum Personarum , videlicet Paternitatis , Filiationis , & spirationis passivæ ; datur , & quarta Relatio originis , non minus realis , spiratio nempe activa in Patre , & Filio realiter indistincta à Patre , & Filio.

XXIII.

Verbum dicitur Filius , quia procedit ab intellectu per modum naturæ , seu naturaliter ; Spiritus sanctus verò à voluntate liberè . Tres sunt in Divinis subsistentiæ relativæ Personarum , una absoluta quâ Natura Divina ut singularis subsistit licet communicabiliter.

XXIV.

Spiritus Sanctus procedit à Patre , & Filio tanquam uno principio , & spiratore , qui esto per impossibile non procederet à Filio , adhuc realiter personaliter distingueretur à Filio.

XXV.

Missio divinarum Personarum , est Proces-
sio originalis Personæ Divinæ à Persona mit-
tente ad creaturam , in qua incipit novo
modo esse per effectum visibilem , vel invi-
sibilem Missio passiva convenit Filio , &
Spiritui sancto tantum , Missio activa soli Pa-
tri , & Filio.

A D L E C T O R E M.

QUAMQUAM Amice Lector Plurima existent ver-
lumina, in quibus ostenditur eterna, ac
Vera in Natura Christi Divinitas Patri con-
Substantialis; adeo quidem ut me discursu hoc de eadem
Christi Divinitate, rem iam aitam, supervacaneam-
que agere multis videar; cum nihil in eo afferre val-
leam, quod in Sacris Codicibus, illisque voluminibus
non fuisse, explicatisque inveniretur: quod ipsum
me ab incepto hujusce opusculi labore subtraxisset, ne
ipse teste Demosthene, experientiaque quotidiana nos-
sem: Magna librorum volumina non raro longa sui
lectione tedium parere, obicemque causare, quo minus ea,
que utilitati ac saluti opportuna sunt, penar-
rari valeant. Hec igitur, omnemque mordacem ter-
minum qui Unitarie Professionis Lectori offensionis la-
pis foret, remoturus; hunc mole, & praecipue ab offe-
rente exiguum, de eterna Christi Divinitate offero
Amice Lector discursum, Pacificum & salutarem inti-
tulatum: quem & re ipsa pacificum perlecturus ipse
testaberis. Pervolve igitur Professionis meæ Catholieæ
candidæ Lector hunc de Christi, huicque annexum
de vera Divinitate Spiritus S. ac reali Trinitate Perso-
narum, Discursum, utpote de Articulis ad salutem
necessitate medii & ab adultis usum rationis habentibus
explicite creditu necessariis, & si que in eo proficia
repereris, ad minus aliis communica. Tu vero quisquis
es Unitarie Professionis Lector benevole: eo ex deside-
rio tuae salutis tibi oblatâ, utere; & agnitus ex eo veri-
tati annus & subscribe, ut Christum Judicem venturum
& tibi propitium cum vere credentibus in eum intueri
eum eoque qui Vita est, eternum frui queas.

Vale.



State Super Vias & Videte, & interrogate de
semitis antiquis, quæ sit Via bona, & ambu-
late in ea, & invenietis refrigerium animabus
Vestrīs. Jerem. 6. v. 16.





DISCURSUS UNICUS.

*De æterna, Vera, ac in Natura consubstantiali Dī-
vinitate Christi cum Patre.*

Pacificus Catholicus in partibus Transylvaniae permixtis variæ professionis Religionibus, salutat professione, & religione incognitum bene literatum Eunomium, piâ ac laudabili hac Catholico-rum conserudine: *Laudetur JESUS Christus: Eu-nomius-Unitariæ Professionis Respondit: & cur non Pater? Pacificus Cath. Laudo simul & Patrem: quia Pater in Filio, & Filius in Patre est, adeoque unus, idémque in Natura Deus. Eunom. Hoc probandum est, etsi moram ampliorem requirat, audiam nihilominus, quia Cardo salutis est, Iesusque est principalis professionis meæ Unitariæ articulus.*

Pacificus Cath. Id ego lubens faciam, modò pa-tientiam habe.

Priusquam tamen ex mutuo consensu ^{ad} pollicitum hunc, familiarem & (utinam ut in votis meis est) salutarem discursum faciamus progressum michare Eunomi! tanquam certissimum tibi persulatum velim contra gravissimum antiquum Manicheorum errorem, Hoc omnis Christiani firmissimum & infallibile assertum & ipsius Naturæ creatæ vocem, utpote: Unum tantummodò esse DEUM, rerum omnium Primum Principium & Finem, Creatorem Cœli & Terræ, & omnium eorum, nullô ex-

ceptō, quæ in iis unquam condita fuēre: Nec dicendum esse illum Christianum, qui extra Eum, alium adhuc crederet Deum, ut olim erroneè duos dari asserebant Deos dicti Manichæi; unum Deum bonorum, & alterum Deum malorum appellantes: At extinctus jam est hic error; convicit enim ipsos tum ipsa sola ratio: Nam vel posset Deus bonorum impedire in actionibus Deum malorum? vel non? si ita: ergo Deus malorum non esset omnipotens, & æqualis Deo bonorum; si non posset: ergo pariter Deus bonorum non esset omnipotens, sicque nec Deus; cùm omnipotentia sit de ratione intrinseca constitutiva ut prædicatum absolutū Deitatis: Tum verò ipsiusmet Dei de seipso per scripturam Exodi 20. v. 2. exaratum testimonium: Ego inquit, sum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos coram me. Hoc ipsum testatur Moyses loquens Populo Israëlitico Deut. 6. v. 4. Audi Israël, Dominus Deus noster, Dominus unus ēst: ac ipse Doctor gentium 1. ad Corint. 8. v. 4. Nullus ēst Deus, nisi unus: esto igitur in hoc certissimus.

Eunomius. Veritas hæc diu jam mihi constituit, ut innuit & ipsa Nominis mei ratio, quâ appellari volo cum meæ professionis asseculis, *Unitarius*, id est: Unum tantum Deum credens, videlicet Patrem, sine ulla alia distinctione personarum: Ast huic veritati universalis Christianæ, contrarium sentire videris bone Pacifice: Cùm pro principaliori Fidei tuz articulo afferas in eadem Una indivisibili essentia & Natura Divina tres dari Personas Divinas distinctas, Patrem nimirum, & Filium, & Spiritum S. & æquè Fi-

lium ac Spiritum S. esse Deum ac Patrem ; at non
ne hoc est asserere pluralitatem Deorum ? Capere
enim nequeo , quod & Pater sit Deus , & Filius sit
Deus , & Spiritus S. sit Deus , distingvanturque ab
invicem , tres dicantur , attamen non sint tres Dii ,
sed unus tantum Deus , distincte nihilominus ma-
neant personæ : Hunc ergo principalem Fidei cuæ
articulum , mihi penitus inconcepibilem , si de-
monstraveris ita esse , spero Discursum nostrum af-
sumptum adūm vota tua fore fructuosum & saluti-
ferum.

Pacificus. Hoc salutis nostræ , & creditu necessi-
tate medii ad salutem necessarium fidei salvificæ
fundamentum , tibi inconcepibile visum , non pol-
liceor ratione tibi demonstrandum : hoc enim ar-
canum hoc divinitatis Mysterium à ratione natu-
rali remotissimum , & ipsis Angelis incognitum est ,
à fortiori nobis modum cognoscendi illis longè im-
perfectiorem habentibus ; quod testatur & ipse meus
Christus apud Lucam c. 10. v. 22. dicens : *Nemo*
scit, quis sit Filius, nisi Pater, & quis sit Pater, nisi Fi-
lius, & cui voluerit Filius revelare; adeò quidem , ut
mecum unà omnes meæ professionis Concatholici
circa hoc , & Incarnationis Divinæ Mysterium , re-
gulam ab Apostolo 2. ad Cor. 10. v. 5. assignatam
firmiter teneant , videlicet : omnem altitudinem ,
id est , quamcunque scientiam & cognitionem na-
turalem , ac omnem suum Intellectum in captivi-
tatem redigant in obsequium Christi , & Fidei , ob
Veritatem , & Authoritatem Dei per Scripturam
Sacram loquentis . Captiva igitur & tu mihi charo

Eunomi, si salutem tuam, Deoque æternum frui
cupis, Intellectum tuum in hoc arcano Divinitatis
Mysterio in obsequium Christi, & Fidei, sepone ra-
tiones naturales, & crede veracitati & Authoritati
Divinæ, per scripturam Sacram loquenti; sic enim
polliceor hoc Trinitatis arcanum tibi reserandum,
dum veram, æternam, ac consubstantialem ex
professo 2dæ Trinitatis Personæ Verbi nimirum In-
carnati, & brevibus extra titulum nostri intitulati
Discursus tertiaz in Trinitate Personæ utpote Spi-
ritus S. Divinitatem ex authoritatibus scripturæ tibi
ob evitandam omnem confusionem in tres quæstio-
nes partitis manifestè ostendero.

Eunomius. Annuo votis tuis: ac proinde si jam
tibi placet pone, & sit pro principaliori fundamen-
to nostri discursus:

Q U Æ S T I O I.

An Christus sit Verus Homo, & simul Verus Deus?

I. *Pacificus.* Cum Trinitatis & Incarnationis My-
sterium, præcipuum meæ Religio-
nis sit fundamentum, ejusque cognitio, medium
ad obtainendam salutem necessarium, non mirum,
si salutis nostræ juratus hostis diabolus variis errori-
bus ejus veritatem aut penitus corrumpere, aut ad
minus aliqua ex parte diminuere, & obscurare ten-
taverit: Circa quæ Mysteria licet quasi innumeri
fuerint, & adhuc nostris temporibus sint errores
diversi, illos ad tres nihilominus classes revocari
pos-

posse existimo. 1. clasis est errantium circa Divinitatem Christi. 2. errantium circa ejus Humanitatem. 3. circa ipsam utriusque ipsius Naturæ, videlicet Divinæ & humanæ Unionem.

Unionem hanc Nestorius, olim Patriarcha Constantinopolitanus asserebat tantummodo esse moralē, unientem moraliter solum & non physicè realiter Naturam humanam Christi cum Divina in persona Divina Filii, per modum cujusdam specialis amicitiæ, & benevolentiæ, quō amans e.g. vi amoris dicitur unitus amato, amicus vi amicitiæ amico, & hinc duas in Christo asserebat personas, Divinam & humanam: non tantum unam videlicet solam Divinam Verbi, ut Religio mea Catholica firmiter afferit: vel ex eo; quod Incarnationis Mysterium juxta Religionis meæ Theologos nihil sit aliud, quam *Unio duarum Naturarum Divina scilicet & Humanae in unitate suppositi, seu persona Verbi Divini.*

Ex secunda classe Eutiches equidem Constantinopolitanus cum suis ab ipso Eutichianis dictis, ac Manichæis, negabat à Christo fuisse assumptam veram Naturam humanam, ut potè corpus & animam rationalem creatam, constituentia hominem, sicque negabat, Christum fuisse, & esse simul etiam hominem.

2. Ex prima autem classe, Judæos (qui Messiam seu Christum in Lege promissum nondum venisse dicunt, sed venturum in dies exspectant, eumque nullatenus fore Verum in Natura Deum, sed tantum purum hominem, licet Insignem Prophetam & Regem potentissimum, per quem instaurari Civi-

tatem Jerusalem , & sese in libertatem primævam è captivitate babylonica , & subjectione à Christianis emancipari sperant) secuti , sunt sequentes ; Ebion , Cerinthus , Photinus , Arius , Socinus &c. asserentes Christum Naturā esse purum hominem , puram Creaturam , nec extitisse ante sui Nativitatem ex Virgine Maria & per consequens nullatenus esse in *Natura* Deum verum , æternum , & consubstantialem cum Patre , sed tantum vocari Deum , & hoc in tempore , propter præminentiam inter reliquas Creaturas , propter dona , virtutes , & gratias super omnes alias Creaturas soli ipsi à Deo Patre collatas ; At tandem Michaël Servetus cum præfatis omnibus ac eorum sequacibus Ebionitis , Socinianis , Arianis , velut modò dici volunt Unitariis , negans in Deo Personarum Divinarum realem Trinitatem & distinctionem , solam Personam Patris affirmans , facit cum iisdem Filium esse *Naturā* puram Creaturam , & Spiritum Sanctum , divinum quemdam efflatum , Dei Virtutem , & digitum .

3. *Eunomius.* Horum & ego discipulus sum : quorum doctrinam à juventute mea tum à meis Pastoribus , tum Magistris scholaribus haustam & imbibitam profiteor cum omnibus in Transylvania mei nominis Unitariis , hancque tradit Forma professionis Nostræ Unitariæ , in qua his formalibus sequentia profitemur , & quidem punto 1. de Unitate Dei & Personæ solius Patris . Hæc : Credimus unum verum Deum , qui est Pater -- dum autem Deum unum dicimus , talam unitatem intelligimus , in qua nulla est Pla-

Pluralitas, & distinctio, immo nec concipi potest, & punto 2. de Christo seu Filio haec. Credimus & profitemur, quod licet Dominus Jesus Christus, sit Dei Patris Unigenitus, & proprius filius, nihilominus talis filius est, qui Naturam est homo, ex Virgine Maria natus: & punto 1. Hunc nostrum Jesum Christum, scimus & profitemur esse Filium Dei, Personam, & Redemptorem, hic tamen non est Deus aeternus: quia (inquimus) Deus aeternus a nemine potest exaltari, donis, gratia, & scientia donari, qua omnia videmus in Christo: & punto 8. Quare & nos hunc exaltatum hominem Domum Jesum Christum, quem Pater sanctificavit, glorificavit nomine, virtute & potestate Divina donavit: quem Angeli adorant ad Hab 1.--- Nos quoque eum cultu divino colimus & sanctissima adoratione adoramus -- ita nihilominus ut hac omnia cadant ad Dei Patris Gloriam. De Spiritu S. autem haec formalia profitemur: Credimus Spiritum Sanctum Dei Patris eiusmodi donum, Virtutem, & digitum esse, qui a Patre procedit: & paulo intrâ: Hic autem Spiritus, Virtus, & potentia est in Deo, quasi in quodam immenso mari, respectu cuius Deus etiam dicitur Omnipotens --- quod autem Spiritum Sanctum aeternum & aqualem Patri Deum profiteri non possumus, ratio nostra est, inquimus: quia nullibi in scriptura Deus nominatur, nec mentio habetur, quod Spiritus S. adorari deberet. Ex quibus nos unitariae Professionis; concludimus, quod solus Pater sit Naturam Deus verus & aeternus; Filius autem Naturam non est Deus, sed Naturam suam est homo, & pura Creatura a Deo Patre in tempore creata, quamvis propter donorum, Virtutum, & gratiarum praeminentiam specialium super omnes

mnes alias Creaturas à Patre illi collatarum dicatur Deus; Spiritus S. autem est tantum Virtus & digitus Dei, neque ulla tenus dici debet persona distincta à Patre, & ab æterno procedens, ut tu Pacifice cum tuis Concatholicis affirmas: Hic ergo sensus, & professio mea est de principali tuæ & meæ Religionis articulo, & pro discursu nostro de Christo proposita quæstione; quid autem tu de his sentias? edisse mihi, & sensum tuum firma rationibus & authoritatibus scripturæ: quod ipsum ego faciam quæstione sequenti, ubi incumbet tibi rationes meas pro sensu & professione mea stabilienda adducendas, munus solvendi; hic mihi ad rationes tuas officium respondendi.

Pacificus Catholicus. Lubens faciam: de Spiritu S. quidem & Trinitatis Mysterio infrà quæst. 3. ad calcem in Complemento nostri Discursus sensum meum aperiam; hic autem de Christo sentio, quod de seipso sentiebat Christus, cum suis Discipulis & Apostolis, & Ecclesia à se instituta; & est id, quod resolutivè ad quæstionem respondeo, &

4. Concludo. Christus Dominus est verus Homo, & simul verus æternusque natura Deus, & consubstantialis Patri. Hæc est veritas mea Catholicæ, & omnium Catholicorum quoad utramque partem.

Paucis probo assertæ veritatis meæ ⁱⁿ ~~in~~ partem de Vera Humanitate Christi: Ille est verus homo, qui seipsum dicit verum filium hominis: atqui Christus D. seipsum frequenter dicit & testatur esse verum filium hominis, ergò Christus Dominus est verus homo, seu habens veram humanitatem constantem

corpore & anima ejusdem speciei physicæ cum nostris ; major de se evidens est , probo autem min. ex testimonio Christi Joan. 8. v.40. Phariseis dicentis : *quæritis me interficere hominem , qui veritatem vobis locutus sum.* & Joan. 1. v. 14. *Verbum caro factum est , id est :* homo habens veram humanitatem ex Corpore & anima creata. Et denique manifestè ostendit totum Evangelium , Christum suisse verum hominem , ubi describitur ejus genealogia Matth. 1. & Luc. 3. Conceptio , Nativitas , ejusque acta homini propria , ac tandem Passio , & Mors apud 4 Evangelistas ergò. Nec in hoc te mi Eunomi , nec alium ad minus in hoc nostro Principatu Transylvaniæ arbitror occurendum Adversarium ; at per multos variæ conditionis Viros in variis expertus sum circumstantiis , uti & te actatum sat benè literatum ex professione tua hic n. 3. facta , experior Divinitatis veræ & æternæ Christi Adversarium.

Ac proinde ostendo & 2^{dam} partem , assertæ veritatis meæ Catholicæ , adducendo

ARGUMENTA VETERIS TESTAMENTI pro æterna , vera , ac in natura consubstan- tiali Divinitate Christi cum Patre Divino.

5. *Imo.* Ille qui dicitur absolutè & simpliciter Deus , est verus , & æternus in natura Deus , atqui Christus dicitur absolutè & simpliciter Deus. Isa. 35. v. 4 his formalibus : *dicite pusillanimis , confortamini , & nolite timere , ecce Deus uester ultionem adducet retributionis : Deus ipse veniet , & salvabit vos.* Et c. 52. v. 5. Idem ipse Deus conqueritur , quod blasphemetur Nomen suum dicens : *In Ægyptum descendit po-*

pulus meus in principio ut colonus esset ibi -- & jugiter tota die blasphematur Nomen meum ; propter hoc sciet populus nomen meum in die illa , quia ego ipse , qui loquebar, ecce adsum. ubi nominat se Deum Israël, & eundem ipsum esse, qui venit , qui loquebatur per Prophetas , ego inquit qui loquebar adsum , sublumo: ergo hic est Christus qui venit in mundum & apparuit in carne visibili , ut clare patet cit. c. Isa. 35. v. 5. Tunc aperientur oculi cæcorum , & aures surdorum patebunt : interpretatur enim Christus de seipso hunc scripturæ locum apud Matt. c. 11. v. 14. discipulis Joannis ex vinculis ad Christum missis, ut quærerent ab eo, num ille sit , qui venturus promissus erat , an alius expectandus sit ? quærerentibus hæc tantum respondens : Euntes renuntiate Joanni quæ audistis & vidistis ; ceci vident , claudi ambulant , leprosi mundantur &c. surdi audiunt , mortui resurgent , pauperes evangelizantur , & beatus est , qui non fuerit scandalizatus in me. ergò quia certum est , Hunc Deum , de quo hic loquitur Isaias , esse Deum Israël , cùm expressè dicat : Deus ipse veniet , Ego ipse qui loquebar adsum ; nec falsos aut deos metaphoricos Prophetæ unquam vocant absolutè Deum , certum quoque erit , Cristum , qui in Persona venit ad salvandum , & locutus est , esse verum in natura Deum.

6. Eunomius. Hæc me videntur quidem prima fronte convincere ; Respondeo tamen cum meis : Quamvis per hæc verba , Deus ipse veniet , Ecce Ego ipse adsum , Intelligatur Deus venturus ; nequaquam tamen intelligitur in propria , sed in persona aliquius eximii Legati visibilis venturus.

Pacificus. Responsio hæc nihil officit meo argumen-
 to chare Eunomi: Rationem do 1^{mo}. Quia ni-
 si aliquid certò & evidenter contrarium constet,
 verba Scripturæ Sacræ semper accipi debent, ut so-
 nant, aliàs ex scriptura nunquam aliquid certi con-
 cludi posset, & quilibet eam in sensu, quō ipse vo-
 let, posset accipere, sicq; everti posset tota Sacra
 Scriptura; atqui hic verba Scripturæ sonant de
 ipso æterno, & vero in persona venturo Deo, ergò.
 2^{do}. Pronomen *ipse*, ex vi suæ significationis exclu-
 dit absolutè personam aliam: Nam licet dum Lega-
 tus nostræ Augustissimæ actu fœlicissimè à quatuor
 Potentatibus Christianis hostilibus cum immorta-
 li sui Nominis gloria invictissimæ regnantis Reginæ
 Mariæ Theresiæ, vadit Constantinopolim ad confir-
 mandam pacem cum Ottomanica porta, posses di-
 cere impropriè & in sensu quodam accomodo, Regi-
 na vadit, nequaquam tamen potes dicere, *Ipsa Re-
 gina vadit*, si tantum Legatus vadat: At nunquid
 si Regina in propria Persona eò iret, clariùs expri-
 mere posses, quām si diceres: *Ipsa Regina Constanti-
 nopolim vadit?* certè non: ergò ly *Ipse* excludit per-
 sonam aliam; per consequens Isaias per citata verba
Deus ipse veniet: intelligebat, Deum ipsum in per-
 sona propria venturum: Quod & exinde confir-
 mo; quia nullibi in Scriptura legitur, ubi ly *Ipse* su-
 meretur pro persona aliena, aut si sumitur, addu-
 cito illam: sed sumitur ubique pro propria persona,
 ut patet à paritate aliorum pronominum v.g. *tuis*,
m̄us. quod ultimum, sumi vides in textu citato
 Ila. his verbis: *Nomen meum blasphematur*. ergò
 Sic-

sicut hic *ly meus* tanquam pronomen sumitur pro persona propria Dei, ita & in contextibus, *ly ipse* sumitur pro persona propria Dei.

Eunomius. Hoc argumento parum dixisti, sed multum probasti fateor, vel ex sola grammatical schola; his tamen minimè contentus sum, plures peto rationes.

Pacificus. Adsum votis tuis, & stante pede probo conclusam meam Veritatem sequenti argumento.

7. 2dō. Identidem ex eodem Isaia c. 43. v. 10. certum & innegabile est, illum esse verum æternum in Natura Deum, qui de seipso absolute affirmat hæc: *Ante me non est formatus Deus, & post me non erit. Ego sum, Ego sum Dominus, & non est absque me Salvator.* atqui Deus affirmans hoc de seipso est Christus Filius Patris æterni, ergo Christus est verus æternus & consubstantialis in natura Deus cum Patre. major ut præmisi certa & innegabilis veritas est. min. autem sic probo ex eodem capite & contextu: Idem ipse Deus affirmans de se citata verba Isaiae, *ante me non est formatus.* subjungit v. 24. & 25. loquens in his & prioribus versibus peccatori: *adipe Victimarum tuarum non inebriasti me; verum tamen servire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me:* atqui Deus Pater non potest de seipso affirmare hoc, quod serviērit, labores sustinuerit pro delendis iniquitatibus hominis lapsi in Proto-Parente Adamo, sed solus & unicus Christus Filius Patris: cum solus Christ⁹ ejus Filius servierit triginta tribus annis pro nostris peccatis,

Nos

Nos ei nostris iniquitatibus præbuerimus laborem , fatigia , hic enim Unicus pro nobis in carne passibili & visibili passus , crucifixus , & mortuus est , ergò Christus filius Patris , hoc de se affirmans , est æternus , consubstantialis in natura Deus cum Patre.

8. Tertio. Apud eundem Prophetam c. 45. v. 14. & seqq. *Hac dicit Dominus : labor Ægypti & Æthiopia, & Sabai Viri sublimes ad te transibunt , & tui erunt , post te ambulabunt , vincit manicis pergente , & te adorabunt & que deprecabuntur , tantum in te est Deus , & non est , absque te Deus , verè tu es Deus absconditus , Deus Israël salvator.* atqui hæc intelligenda sunt juxta D. Hieronym. de Christo Filio Dei incarnando , cùm non possint intelligi de Patre : siquidem ipse sit Pater , qui dicit de alia Persona : *te adorabunt te deprecabuntur , quibus subjungit verba & professionem Adorantium & deprecantium videlicet : Tantum in te est Deus , & non est absque te Deus , ergò cùm hoc Pater æternus de Christo Filio suo incarnando testetur , & absque eo præter eum non esse Deum alium Christus Filius Patris , est ille Deus æternus in natura consubstantialis Patri.*

Eunomius. 2do argumento satis me pressisti , fateor , nec quidquam ita conveniens pro nunc ad illud respondendum occurrit , ac ad tertium Resp. Locum illum Isaïæ , intelligi debere de Cyro ut inquit immediatè præcedens & cit. c. 45. Isaï. quod ita exorditur : *Hac dicit Dominus Christo meo. Cyro , sujus apprehendi dexteram , ut subjiciam ante faciem ejus gentes.* aut intelligendum videtur de solo Patre.

Pacificus. Hoc minimè posse interpretari de Cyro , aut solo Patre : non quidem de Cyro : nam Cyro nul-

latenus convenient hæc: Te adorabunt -- tantum in te
 est Deus, & non est absque te Deus, verè tu es Deus abs-
 conditus, cùm hæc solùm convenient ei, qui est ve-
 rè naturâ Deus, qualis ut & tu sateri debes, non
 erat Cyrus, ergò solùm intelligi potest & debet de
 Christo Filio æterno Patris. Neque potest interpretari
 de Patre: quia non potest rectè accommodari secun-
 dùm professionem tuam Patri hoc, tantum in te est
 Deus, quia secùs ex prima propositione argueretur
 realis distinctio Patris à Deo, seu Personalitatis Pa-
 tris à Deitate, quod nec tua Eunomi, nec professio
 nostra Catholicorum admittit, ergò debet absolutè
 interpretari de Christo Filio Dei: optimè enim hoc;
 tantum in te est Deus, accommodatur Christo: In eo e-
 nim duplex est Natura, Humana & Divina, uni-
 ta & subsistens in unica Personalitate Verbi, seu Fi-
 lii: ac proinde rectè dici potest de Christo: In te seu
 in humanitate tua veluti in tabernaculo, & tem-
 plo Divinitatis est Deus unitus humanitati tux.
 Confirmat hæc mea D. Hierony. in citata verba
 Isa. hæc dicens: Christum rectè vocari Deum abscondi-
 sum, propter humanitatis assumptæ sacramentum,
 Confirmat 2dō. in primis & omnibus subsequenti-
 bus sæculis semper celeberrimi, Nominis, & magnæ
 Doctrinæ Viri, Sacrae Scripturæ interpretes, Patres
 & Doctores ab omnibus recepti, videlicet: Tertulianus
 ex 2do Christi sæculo contra Præream c. 13. Ex 3.
 sæculo Eusebius Alexandrinus demonstrat. Evangelica
 c. 4. Ex 4to. sæculo S. Cyrillus Jerosolymitanus &
 S. Ambrosius, Athanasius, & S. Epiphanius,
 ita præfatum locum Isaïæ de Christo interpretantes.

Con-

Confirmat 3tiò D. Paulus in hunc locum Isaiae 2. ad Corint 5. v. 19. ita loquens: quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illi delicta ipsorum, & posuit in nobis Verbum reconciliationis, & v. 20. pro Christo ergo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. ergo hic locus Isaiae absolutè intelligi debet de Christo Filio Dei in tempore Incarnando; & jam Incarnato, per consequens Christus Filius Dei est verus æternus naturâ consubstantialis Deus, quam veritatem amplius ostendo.

10. Quartò. Ex Propheta Baruch c. 3. v. 36. formando sequens argumentum: Ille, qui est ejusmodi Deus, cui alter assimilari non potest, ille est verus & æternus in natura Deus, atqui Christus Filius Dei est ejusmodi Deus, ergò mai. videtur esse omnibus evidens; min. autem probo ex citato Propheta. Cap. & v. dicente: *Hic est Deus noster, & non estimabitur aliis adversus eum:* sed hoc dicit de Christo Filio Dei, cùm dicat, ibidem ver. 38. *Post hac in terris visus est, & cum hominibus conversatus est:* subsumo, atqui Pater nunquam in carne in terris visus est, nec cum hominibus conversatus est, nisi Christus Filius Dei, postquam homo factus est, assumendo naturam humanam ex Virginis Mariæ utero, & ut homo - Deus ex Virgine natus, visus & conversatus est triginta tribus annis cum hominibus, ergò Christus est ille Deus æternus, & consubstantialis Patri, cui aliis assimilari non potest, per consequens, est naturâ Deus consubstantialis Patri.

II. *Eunomius.* Concedo absque difficultate, illum omnino esse verum, æternum, & naturâ Deum, cui secundum naturam & substantiam nequit assimilari aliis: at si tantum secundum donorum, gratiarum, excellentiam à Patre collatarum, alias assimilari nequeat, nego ejusmodi Deum esse verum, æternum, & in natura Deum consubstantialem Patri, atqui citatus Propheta hic loquitur de Christo tantum secundum excellentiam donorum & gratiarum à Patre illi collatarum, quibus excedit omnes alias creaturas ex speciali Dei gratia, ergo exinde adhuc non sequitur Christum esse verum, æternumque naturâ Deum, sicque hoc argumento parum, aut nihil probare videris.

Pacificus. Si citati Capitis contextus attentè consideraveris, me illo argumento satis probâsse ipse testaberis: nam Propheta hic loquitur de Deo illo, qui est Deus Israël, & qui dedit scientiam Patriarchæ Jacob, ut patet ex contextu ejusdem Capitis v. 37. *Hic adinvenit omnem viam discipline, & tradidit illam Jacob pueru suo, & Israël dilectioni suo:* at nonne mihi Eunomi S. Patriarcha Jacob, de quo hic loquitur Propheta, multis centenis annis antecesserat tempore Virginem Mariam, quæ genuerat Christum in tempore secundum humanitatem, & consequenter Christum ut hominem? hoc certò ipse fateri debes: si ergo Christus (ut professio tua tenet) est naturâ homo, & pura Creatura, totumque suum existentiam, ac naturam totam accepit tunc primò, quando conceptus, & natus est ex Virgine Maria, quomodo poterat hic, qui in terris vi-

sus est, & cum hominibus conversatus, adinvenire omnem viam disciplinæ, & tradere illam Jacob puerō suo multis annis ante Christum præexistenti; hoc enim inconceptibile videtur, ut antequām existat, operetur & tradat scientiam alicui ante se existenti; operari enim sequitur adesse juxta tritum Philosophorum axioma: ergo cūm hic sit Deus noster juxta citatum Prophetam, cui non assimilatur ali-us, qui adinvenit viam disciplinæ & tradidit illam Jacob multis annis præexistenti ante Christum ut hominem è Virgine natum, & hic idem ipse Deus postquām tradidisset viam disciplinæ Jacob, post hoc primò in terris visus est, & cum hominibus conversatus, Pater autem nunquam taliter sit visus & conversatus, sequitur necessariò ex citatis verbis Prophetæ, Christum non esse naturā purum hominem, & omne suum esse in tempore accipiens, sed esse Deum & hominem, hominem quidem in tempore ab instanti suæ conceptionis in Virginis Mariæ ute-
ro; Deum autem ab æterno & naturā consubstantia-
lem Patri utorpote tradens Jacob & Israëli legem vitæ
& disciplinæ. *quod equidem manifestè confirmo & probo*

12. Quinto. Ex Michæa Propheta c. 5. v. 2. dicentes
Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Iuda, ex
te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël, & egressus
eius ab initio, & à diebus eternitatis. ubi Propheta lo-
quitur de Messia seu Christo venturo in lege promis-
so, prout responderunt Math. 2. v. 4. & seqq. o-
mnes principes sacerdotum & scribæ Herodi scisci-
tanti ab eis, ubi Christus nasceretur. Ex quibus sic
argumentor: cujus egressus seu esse est ab initio,

& à diebus æternitatis, ille est Deus ab æterno, sed talis est egressus, seu esse Christi juxta Prophetam, non quidem secundùm humanitatem; quia egressus & esse humanitatis ejus in existendo est in tempore noto nobis ex scriptura, sed secundùm Divinitatem & generationem æternam, ergo cùm Propheta hic loquatur de Christo, & esse ac egressus ejus à diebus æternitatis nequeat intelligi secundùm esse suæ humanitatis, sed debeat intelligi secundùm esse Divinitatis, & generationis æternæ à Patre. sequitur evidenter Christum Filium Dei esse consubstantialem Patri, & esse ab æterno secundùm esse Divinitatis & generationis. *mai.* & *min.* argumenti conjunctim declaro, & taliter ostendo: *Esse aliquid ab initio & à diebus æternitatis,* significat existentiam illius sínè principio, & ab æterno, ut evidens est & ex ipsa ratione, & illò Eccl. 24. v. 14. *ab initio & ante sæcula creata sum,* seu ab æterno. atqui egressus & esse Christi juxta verba Prophetæ & sensum scribarum Matt. 2. est à diebus æternitatis, seu ab æterno, non secundùm humanitatem ut dixi, sed secundùm Divinitatem & generationem, ergo Christus secundùm Divinitatem & generationem Divinam, non tantùm est in tempore & solùm propter excellentiam donorum Deus ut professio tua Eunomi affirmat, sed est natura & ab æterno Deus, & per consequens consubstantialis Patri.

13. *Sexto.* Ex testimonio Zachariæ Prophetæ dicentis c. 2. v. 8. & seqq. *Hec dicit Dominus exercituum, post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliaverunt vos -- Lauda & letare sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui,* ait Dominus, *Et applicabuntur*

gentes multa in die illa ad Dominum , & erunt mihi in populum , & habitabo in medio tui , & scies , quia Dominus exercituum misit me ad te , atqui Pater nunquam legitur in Scriptura venisse , & in medio populi sui habitasse , nec missus ab ullo ad populum , sed filius vitus & conversatus est in terris cum hominibus . juxta Baruch c. 3. suprà hic n. 1. relatum . Filius missus est ad opus redemptionis nostræ per agendum ad D. Paulum ad Gal. 4. v. 4. misit Deus Filium suum factum ex muliere , factum sub lege . & I. Joan. 4. v. 9. in hoc apparuit charitas Dei in nobis quoniam Filium suum Unigenitum misit Deus in mundum , ut vivamus per eum . ergo quia Deus juxta testimonium Prophetæ promittat se venire & habitare cum populo per hæc verba , Ecce ego venio , & habitabo in medio , & tamen Pater nec venit , nec habavit cum populo in carne visibili ut Pater , Filius ejus venit , & habitavit cum populo triginta tribus annis , ergo Filius ejus debuit esse idem Deus & consubstantialis cum Patre , cùm duos Deos cum Manichæis Professio Christiana abjuret , per consequens sicut Pater est naturâ verus & eternusque Deus , ita & Christus Filius ejus , qui venit in Mundum , ut vivamus per eum .

14. Septimo. Itidem ex Prophetia Zachariæ c. 18. v. 10. hæc prædicente Domino : Effundam super Domum David , & super habitatores Ierusalem Spiritum gratiae & precum , & aspicient ad me , in quem confixerunt &c. sed nunquid mihi Eunomi solus Christus Filius Patris & eterni legitur in Scriptura crucifixus , vulneratus , & lanceâ Longini Centurionis in late-

latere transfixus? & nullibi Pater: aut si legisti in ea, adducito scripturam, & res pro te salva erit: quia ergo ille juxta Prophetiam, est verus, æternusque natura Deus, qui effundet Spiritum gratiae, ad quem aspicient, & quem confixerunt, & hic non sit Pater, sed Christus Filius Dei, sequitur necessariò, quod si Pater est natura Deus, etiam Christus Filius ejus, in quem aspicient ejus crucifixores, est natura consubstantialis Patri Deus, nisi velis contra professionem Christianam Deos multiplicare.

Eunomius. Fateor amice Pacifico, allatis veteris Testamenti testimonii, & rationibus ex iis deducitis, te fortiter mihi probasse veram Christi æternam, ac natura consubstantialem Patri Divinitatem, quibus tamen plenè adhuc me convictum non video; ut proinde discursus noster fructuosior eveniat, aliis adhuc convinci peto argumentis.

Pacificus. Multa adhuc supersunt argumenta ex veteri Testamento, veram & in natura Divinitatem Christi confirmantia, sed quia brevitas nostri discursus ea adferre non patitur, proinde si placet, vide ea Isa. 9. v. 6. Jere. 23. v. 5. Thren. 4. v. 20. &c. ex quibus pares jam allatis deduc rationes: interim votistuis parebo, adducendo

ARGUMENTA NOVI TESTAMENTI.

Pro vera, ac æterna Divinitate Christi.

1mo. Matth. 2. v. 11. habetur, quod Magi procedentes adoraverunt Christum; ex quo sic argumentor: vel Magi tunc adorarunt eum, ut creatorem, ut æternum, & verum in natura Deum, vel

vel ut naturâ purum hominem? si adorârunt ut verum in natura Deum, ergo Christus est verus in natura Deus, ut per se clarum est: si adorârunt ut naturâ purum hominem, ergo Magi ita adorantes Christum peccârunt contra illud præceptum Dei, Exodi 20. v. 5. ubi strictè præcipit & prohibet, ne ullam in se & natura sua creaturam adoremus: quod ipsum confirmat Christus Matt. 4. v. 10. dicens tentanti Diabolo, & se adorari volenti; *Scriptum est - Deum tuum adorabis; & illi soli servies.* & Angelus dicens Joanni Evang: volenti eum adorare Apoc. 22. v. 9. *vide ne feceris - Deum adora:* atqui non potest præsumi Magos illos gratiâ divinâ illustratos adoratione illa peccâsse; cum nec habeatur ullibi in Scriptura erroris vestigium, nec reprobetur à Scriptura eorum adoratio, ergo quia adorârunt eum, adorârunt ut suum Creatorem, & verum in natura Deus, per consequens est verus in natura Deus.

Eunomius: Magi & alii quicunque, de quibus fit mentio in Scriptura, adorârunt adoratione Sanctissima & Divina, ut tenet & professio nostra Unitaria supra numerô 3. relata, Christum naturâ quidem hominem & creaturam, at non purum hominem, sed à Deo Patre in tempore creatum & ob gratias & dona super omnes creaturas excellentiorum creaturam, & Deificatam.

Pacificus. Si Magi adorârunt cultu & adoratione soli Deo debita, & tu Chare Eunomi cum tuis 2dum professionem tuam adoras Christum ut naturâ purum hominem & creaturam, & tantum ob gratiarum & Donorum præminentiam Deum; adhuc

errârunt Magi in sua adoratione , & tu cum tuis , si
revera quod profiteris in Professione tua , etiam cor-
de tenes , & factò probas ; Ratio hujus est : quia
adhuc contra citatum præceptum Dei tribuis in
Natura (2dùm te) creaturæ nempe Christo cul-
tum Deo debitum : hoc autem certissimum est ,
quod cultus & adoratio Deo debita , tribui solùm
potest , & debet soli æterno , & vero in natura Deo
juxta strictum Dei mandatum hic allatum , & ali-
unde notum : ergo cùm ex tuis dictis Magi adora-
verint Christum , adoratione Sanctissima & Deo
debita , & tu chare Eunomi hoc modo dicis eum à
te adorari , Christus necessariò præter esse hominis
debet esse etiam æternus & verus in Natura Deus :
quod clarius deducendum videbis infra numerò 39.
nunc interim conclusam meam veritatem ostendo.

Secundo. Evidenter Matth. 14. v. 33. legitur ,
qui autem in navicula erant , venerunt , & adoraverunt
eum dicentes , verè filius Dei es . simile huic habetur
Marci Evang. c. 5. v. 6. de homine illo à spiritu im-
mundo vexato , dicentis : videns autem Jesum à longè ,
eucurrit , & adoravit eum : & clamans voce magna di-
xit , quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi ? atque his
consonans Luc. 3. v. 22. Tu es filius meus Dilectus ,
in te complacui mihi , atqui si Christus est tantùm fili-
us Dei adoptivus & in tempore , prout & nos fu-
mus filii adoptivi per gratiam Sanctificantem animæ
justi à Deo infundi solitam , & non naturalis ab æ-
terno per generationem Divinam æternam , & si
naturâ est purus homo , ut professio tua Eunomi af-
serit , non poterat adorari adoratione propriè dicta

ut pote adoratione Latrīæ soli in natura Deo propria,
 cuiusmodi tamen factam fuisse indicant verba Evangelistarū: nec Pater absolute & sine modificatione testatus fuisset, eum esse filium suum, nec credentes in Christo filio Dei, professi fuissent ita absolute esse verè filium Dei, ergo cum adoraverit Christū adoratio-
 ne propriè dicta & soli Deo propria, & nullatenus in natura creaturæ ulli conveniente, profiteatq; Pa-
 ter cum credentibus in Christum Filiū suum, Christū verè esse suum & proprium Filiū, sequitur evi-
 denter Christū esse naturā Deum consubstantialem Patri, & ejus Filium naturalem per generationem æternam, quod evidenter ostensum videbis ex in-
 fra dicendis: at nunc assertam veritatem ulterius probo.

17. *Tertio.* Testimoniis Castissimi, & præ cæte-
 ris dilecti Discipuli Christi Joannis Evangelistæ, qui
 aquilæ vel ex hoc non immerito comparatus, quia
 præ aliis Evangelicæ Legis Registratoribus, & Chri-
 sti Secretariis clariùs & sublimius scripsit de vera &
 æterna sui Magistri Christi Jesu Divinitate, ut le-
 genti illum clarum erit: Is siquidem teste S. Hiero-
 nymo in suo Proœmio in Mattheum, dum officiō Apo-
 stolatus in Asia indefessè fungeretur, Cerinthi in-
 terea & Ebionis doctrina erronea de Christo pullu-
 lari cœpit, asserentium Christum non esse Deum
 naturā, sed purum hominem, ut errorem hunc fu-
 isse Ebionis & Cerinthi evidenter ostenditur ex ver-
 bis S. Ignatii Martyris ex primo Christi sæculo, dis-
 puli ipsiusmet Joannis Evang. in Epistola ad Phila-
 delphios hæc scribentis: *Qui dicit Jesum esse purum ho-*
minem, serpens, & mentis inops, cognomine Ebion. atq;

ex eo Joannes ab omnibus Asis & aliarum Ecclesiarum Episcopis rogatus & coactus est, de vera Divinitate Christi altius, & clarius scribere: quod & facturum se respondit; modò communi jejunio indicto unanimiter pro fœliciori votorum suorum successu Deum exorarent: qui acceptò reciprocò promissò Episcoporum & fidelium (ut de eodem scribit Baronius è Metaphraste) Annò Christi 99. & ætatis suæ (ut calculari licet) 66. indicto communni jejunio, ascendit verticem montis, & cum jam jam opus aggressurus esset, tonitrua & fulgura, atque terrores esse factos, ut olim Moyle in monte Sina legem accipiente; ac demùm tonitrua illa in has voces resoluta esse; *In principio erat Verbum.* Hanc hujus Evang. causam modum & occasionē referente Baronio testantur & quidem ex 2do Christi sæculo. S. Irenæus Apostolis proximior lib. 3. c. 11. inquiens: *Hanc fidem annuntians Joannes Domini discipulus, volens per Evangelii annuntiationem auferre eum, qui à Cerintho inseminitus erat hominibus errorem;* & ex quarto Christi sæculo Epiphanius, ac alii passim: hujus inquam in pectore sui Magistri recubantis Discipuli, Initiumque sui Evangelii de cœlo signis adeò admirandis accipientis, probo testimoniis, sequens formando argumentū ex initio sui Evangelii.

Omni creaturæ rationali usum rationis habenti evidens, certum & infallibile est, Eum qui cœlum, terram, & omnia in iis contenta creavit, esse æternum, & verum naturā Deum, sed Christus filius Dei, est is, qui creavit cœlum & terram, ac omnia in iis contenta, ergo est æternus & verus in

in natura Deus. major patet ex illo Sap. 15. v. 5.
 à magnitudine speciei & creatura, cognoscibiliter poteris
 horum creator videri: ac ex illo Pauli ad Rom. 1. v.
 20. Invisibilia enim ipsius à creatura Mundi, per ea qua
 facta sunt, intellecta conspiciuntur. min. autem pro-
 bo. tum ex initio citati Evang. Joan. 1. In principio
 erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat
 Verbum -- omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso fa-
 tum est nihil: tum ex D. Paulo ad Coloss. 1. v. 15.
 & 16. qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis
 creatura, quoniam in ipso condita sunt universa in cælis
 & in terra, visibilia & invisibilia, sive Throni, sive Domi-
 nationes, sive Principatus, sive Potestates, omnia per ipsum,
 & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes. Tum ex eodem
 ad Hæb. 1. v. 2. Novissimè diebus istis locutus est no-
 bis in filio, quem constituit heredem universorum, per
 quem fecit & sacula. & v. 10. de Christo continuans
 sermonem ait: Tu in principio Domine terram fundasti,
 & opera manuum tuarum sunt cæli. Tum ex illo Apoc.
 4. v. 10. 11. ubi adorabant Agnum sedentē in Thro-
 no dicentes: dignus es Domine Deus noster accipere glori-
 am & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia; atqui
 hic cui adorantes Angeli hæc dicebant, est Christus
 filius Dei, ut patet ex eodem c. v. 8. ubi antecedenter
 dicebant: Sanctus. S. S. Dominus Deus Omnipotens,
 qui erat & qui est, & qui venturus est, sed qui venturus
 est, est Filius & non Pater, ut patet ex Credo utpote
 symbolo Apostolorum, omnibus cuiuscunque pro-
 fessionis Christianis communi, ergo Christus Filius
 Dei est, quem senes adorant: & ut ex similibus alla-
 tis textibus Scripturæ evidens est, is qui creavit cœ-
 lum

lum & terram , & omnia contenta , sic Christus Filius Dei , ergo si Creator cœli & terræ & omnium in iis contentorum est æternus , & verus in natura Deus , Christus Filius Dei , qui est horum omnium creator , est æternus , & verus in natura Deus .

18. *Eunomius*. Magnum mihi videris Joannis , & cœteris Scripturæ textibus allatis incusisse clavum , nihilominus Resp. ad hoc tuum argumentum glossando Joannem citatum , in quo sensu intellige & reliquos à te allatos Scripturæ textus : certum omnino & infallibile esse , illum esse æternum & verum in natura Deum , qui ex nihilo creavit omnia , at quia Filius non creavit quidquam ex nihilo sed tantum renovavit mundum , & in iis contenta , ideo nec dici debet simpliciter & propriè creator , sed tantummodo renovator ; quod videtur innuere Johannes eodem r. c. v. 10. dum ait : *in mundo erat , & mundus per ipsum factus est* , id est : prius erat mundus , in quo jam fuit Verbum , & dein per ipsum alius factus est Mundus seu renovatus .

Pacificus. Hoc tuum responsum , & expositio tua Scripturæ insolutum reliquit argumentum propositum , & quidem ex his rationibus . 1mō. quia citatum & à te glossatum Joannis Verbum , Scriptura græca (testibus optimè gnaris græci idiomatis) sic legit : *In mundo erat , qui mundus per ipsum factus est* . ergo ante Verbum omnia creans , non erat mundus , sed per ipsum Verbum 1mō. factus & conditus est . 2dō. quia per illam novam creationem , seu renovationem Mundi puto te nihil aliud intelligere , quam liberationem à captivitate dæmonis , ac

ac Christi Evangelii & fidei susceptionem aut si aliud intelligis, nomina, & edissere illam novam creationem seu renovationem? si non *aliam*: ex hoc assumo; atqui multæ sunt creaturæ, quæ taliter non sunt renovatæ per Verbum Divinum, ergo nullo modò sunt creatæ à Verbo, quod est directè contra præallatos Scripturæ textus. probo autem assumptum, quia non sunt liberati à sententia æternæ damnationis post eorum lapsum, semel in eos fulminata. Nec Angeli in bono perleverantes: quia nunquam erant in captivitate dæmonum; neque Irrationalia, aut Inanimata sunt dictis modis renovata; siquidem nec liberata sunt à captivitate dæmonum, nec fidem, aut Evangelium Christi suscepserunt, atqui si secundùm te non sunt à Verbo ex nihilo creata, ad minùs dictis modis debuissent de novo creari, seu renovari; cùm absolutè dicat Evangelista, *omnia per ipsum facta sunt, & sinè illo factum est nihil*, ergo hæc saltem secunda creatione, seu renovatione debuissent fieri à Verbo, sed sic non sunt facta seu renovata, ergo primò modò nempe creatione propria ex nihilo sui per Verbum facta sunt, per consequens hic non loqui Evangelistam, & Apostolum Paulum de creatione tali nova, seu renovatione Mundi ante Verbum seu Christum existentis, sed de creatione Mundi, & in eo contentorum primæva & ex nihilo facta à Verbo. *3*ti.**
 Quia secundùm te amice Eunomi, antequām Verbum Caro factum sit, seu antequām Christus ex Virgine Maria nasceretur, nihil poterat Verbum sive ex nihilo, sive de novo creare, seu renovare;

siqui-

si quidem secundum professionem tuam ante sui Nativitatem ex utero Virginis, nondum erat Verbum, non entis autem nulla est operatio, atqui Evangelista v. 3. testatur, antequam Verbum Caro factum sit, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. ergo antequam Verbum Caro seu homo fieret, non de novo facta, seu tantum renovata sunt omnia per Verbum, sed ex nihilo facta sunt per ipsum. probo min. ex ipso ordine citati 1. Capitis Joannis: ipse enim Evangelista ad initium sui Evangelii, ponit: *Deus erat Verbum - & omnia per ipsum facta sunt.* & post haec tandem ponit: v. 14. *Et Verbum Caro factum est.* ergo antequam Verbum Caro factum sit, seu antequam nascetur ex Virgine Maria secundum humanitatem, jam antecedenter omnia per ipsum facta sunt, & non tantum renovata, & de novo, sed omnino ex nihilo facta esse debebant.

Quarto. Dum Verbum seu Christus renovavit Mundum, ut ajebas, & induxit, ac sparsit fidem Evangelicam: vel cognovit tunc Mundus suum Creatorem seu secundum te renovatorem - videlicet Verbum Divinum? vel non cognovit? si non cognovit: quæ hujus ratio? si enim naturâ purus homo fuit, & naturâ nullatenus Deus secundum te, sed tantum propter excellentiam donorum & gratiarum à Deo ipsi collatarum, cur non potuisset cognosci à Mundo, & hominibus, sicut ceteræ puræ creaturæ, & SS. Prophetæ magnis gratiis & donis à Deo ditati? si autem cognovit Mundus suum Creatorem seu renovatorem nempe Verbum:

insero, ergo Mundus tunc renovatus est à Verbo, dum Mundus cognovit sui Creatorem seu renovatorem. Ex quo sic arguo, Mundus, qui de novo creatus, seu renovatus est, ille cognovit suum creatorem seu renovatorem ex concessis, atqui Verbum illum Mundum creavit, qui eum non cognovit, teste Joan. c. i. v. 10 dicente: & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit; ergo Mundus quem Verbum creavit, non de novo creatus aut verius renovatus est, sed ab eo creatione propria, primæva, & ex nihilo factus est, ergo quia is qui est creator ex nihilo, & primævus ante cuius creationem nihil creatum erat, sic secundum omnes Christianos æternus & verus in natura Deus; Verbum seu Christus filius Dei, pariter est æternus & in natura Deus: siquidem creavit Mundum ex nihilo, & ita quidem ut sicut ostendi ex Evangelista, ante ipsum nihil creatum fuerit, nihil existiterit in tempore creatum, cum omnia primum per Verbum facta sint. Ex his rationibus experiris ipse, responsum tuum argumentum meum reliquisse insolutum.

19. Eunomius. Fateor equidem datum meum responsum te rationibus allatis satis enervasse, & infirmasse; ast alia mihi adhuc superest respondendi via, Professioni nostræ æquè communis, videlicet: Quod in citato Cap. Evangelii, non dicat Evangelista, Verbum creavit omnia; sed tantum, omnia per ipsum facta sunt, utpote tanquam per aliquod instrumentum, ergo ex allatis Evangelistæ & aliorum textibus, & ex his desumpto argumento

to tuo non sequitur adhuc , Verbum seu Christum filium Dei esse æternum , & verum in natura Deum , & Creatorem omnium ex nihilo ipsarum rerum ut prætendis argumento tuo , & allatis scripturæ textibus.

Pacificus. Neque hæc tua responsio ullatenus solvit argumentum meum , & textus scripturæ in eo allatos : Nam & contra hanc est 1mo. quia certum, infallibile , & evidentissimum est ; Deum omnia ab solutè creâsse per semetipsum præcisè absque ullo alio instrumento , & præcipue extrinseco creato , unicè per hoc ut habetur Gen. c. 1. 2. per totum , & Psal. 32. v. 9. dixit & facta sunt , mandavit & crea ta sunt , atqui hoc ly dixit est illud Verbum Dei æternum , quod erat in principio apud Deum , & quod Verbum erat Deus ut patet ex inicio Evangelii Joannis , ergo hoc Verbum Dei , quod erat Deus & per quod omnia facta sunt , non erat instrumentum Dei creantis , sed erat ipsummet Verbum , seu Deus creans omnia.

2do. Si Deus creâisset mundū , & ex iis contenta in prima eorum creatione præter semetipsum per ali quod aliud instrumentum ; vel illud instrumentum fuisset naturâ Deus, vel naturâ pura creatura? si Deus , ergo Verbū , per quod omnia facta sunt , est æter nus & verus naturâ Deo , cùm non detur verus na turâ Deus nisi unus: si naturâ creatura , ergo etiam illud instrumentū , per quod Deus creâisset mundum , pariter creari debebat per aliud instrumentū , & illud aliud iterum per aliud , & sic in infinitū , quod absurdū nec tua mi Eunomi philosophia rationabiliter ad-

admittere potest; per consequens, Verbum Dei seu Christus Filius Patris, non erat instrumentum Dei creantis, sed erat ipsemet Deus creans, adeoque verè naturâ Deus & consubstantialis Patri.

Tertio. Datò per inconcessum: Verbum esse instrumentum creationis, & ob tantam virtutem, & prærogativam, aliásque gratias à Deo collatas vocari Deum (quod tamen dici nequaquam potest, adū rationem proximè allatam) sed esto ita sit: adhuc tamen nec sic erit verum, quod professio tua tenet Eunomi, videlicet: Verbum seu Christum Filium Patris non fuisse à parte rei & existentialiter ul latentus ante suam Sanctissimam Matrem Virginem Mariam, & suam Nativitatē ex ejus utero Virgineo: nam adū omnem sanam Philosophiam, omne instrumentū mediante quo per aliquam causam Principalem, seu minùs Principalem aliquid sit, instrumentum illud est prius illo quod fit per illud, atqui secundūm tua responsa Verbum seu Christus filius Dei fuit instrumentum Dei creantis Mundum, cœlum & terram & in iis condita complectentem, ergo Verbum Divinum seu Christus etiam ut instrumentum creationis fuit ante creationem Mundi;

Subsumo: sed quidquid fuit ante creationem totius universi seu Mundi, illud non est naturâ creatura, ut ex terminis patet, sed est verè naturâ Deus, ergo quamvis secundūm te Verbum seu Christus filius Patris fuerit instrumentum Dei creantis, quia tamen quā tale instrumentum necessariò existentialiter & realiter præexistere debebat ante creationem Mundi, pro cuius creatione juxta te erat instru-

strumentum à Deo institutum & assumptum, ex hoc adhuc sequitur Christum fuisse necessariò ante creationem Mundi existentialiter, & à parte rei, & per consequens esse verè naturâ Deum consubstantialem Deo Patri creanti Mundum.

4to. Denique contra est: quia in præallatis tex-tibus ad Coloss. 1. exprelè ponitur, *omnia per ip-sam, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes,* & Apoc. 4. *Dignus es Domine Deus noster -- quia tu credisti omnia,* ergo non tantùm fuit instrumentum creationis, sed ipsemet Creator ex nihilo antecedenti ipsarum rerum creatarum, ut ostendi sub numero 8. consequenter necessariò existere debuit ante mundi creationem, & ante omnes creature, quæ omnes per ipsum factæ sunt. Hoc ipsum clariùs ostendo ex illo Prov. 8. v. 22. *Dominus possebit me in initio viarum suarum, antequam quidquam ficeret à principio.* & v. 23. & seqq. ab eterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret -- quando præparabat cœlos aderam - quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens, atqui Pater hæc nequit de semetipso dicere, ut ipse fateri debes vel ex ipsis terminis scripturæ allatis: quomodo enim, & respectu cuius posset Pater dicere, vel hæc sola ultima scripturæ verba, *cum eo eram cuncta componens?* sed omnino Verbum seu Filius Patris hæc de se ipso dicere potest, ergo quia Pater Divinus Verbum hoc seu Filium suum per quem omnia facta sunt, & sinè quo nihil est factum, antequam quidquam ficeret & crearet, possederit à principio seu ab eterno, & cum Patre fuerit omnia componens, cœlos præparans, & ponens fun-

fundamenta terræ; & præterea: quia quidquid est ante creationem totius Universi seu cœli & terræ & in iis contentorum, illud revera non sit naturâ creatura, sed verè naturâ Deus, cùm sit increatum quid, sequitur ex his necessariò, seu dicas Christum suisse tantùm instrumentum creationis, seu Creatorem rerum creatarum 2dùm præallatos textus sub n. 17. Joan. I ad Coloss. I v. 15. & 16. & Apoc. 4. v. 10. 11. Christum verè esse æternum in natura Deum consubstantialem Patri.

20. *Eunomius.* Facilis ad hæc mihi responsio professioni meæ communissima & quotidiana, videlicet: Christum omnino suisse ab æterno ante omnem creaturam, non quidem à parte rei existentialiter, sed tantùm in intentione, & decreto Dei, quatenus nimirùm vidit & decrevit illum ab æterno in tempore producendum, sicque intentionaliter & in Decreto Dei ab æterno erat, & cum Deo cuncta componens, nequaquam tamen à parte rei existentialiter.

Pacificus. Ex hac tua response amice Eunomi, ut liquet, multa nimium inconvenientia sequentur naturali rationi repugnantia; sequeretur enim, quod Antichristus actu in intentione, & decreto Dei existens, & absolute determinatus in tempore novissimo ad existendum, actu prædicaret, aut posset ad minus: Onuphrius post centum annos nasciturus, hodie posset nobiscum discurrere; quas inconvenientes sequelas & ipse negare cogeris, tum ex ipsa naturali ratione, tum verò ex illo vulgaris Philosophorum principio, ut potè: *non entis nullam*

iam esse operationem, ergo pariter afferere non potes,
 Christum ab æterno & ante creationem mundi ex-
 titisse tantum intentionaliter in intentione, & de-
 creto Dei, attamen fuisse operatum creando vide-
 licet, componendo omnia cum Patre juxta citatum
 textum Proverb. 8. *Tum quia*: is qui non est à par-
 te rei existentialiter, sed tantum in decreto Dei, il-
 le tunc nihil operatur, ut patet tum ex ipsa ratio-
 ne naturali, tum ex dicto Philosophorum princi-
 pio, cùm pro tali statu nihil sit in se realiter: at-
 qui Verbum seu Filius, qui est sapientia Patris,
 ita fuit ab æterno ante creationem totius mundi,
 ut Patri creanti, Cœlos præparanti adfuerit, cum
 eo fundamenta terræ posuerit, & cuncta compo-
 suerit: ita fuit ut omnia per ipsum, & sine ipso
 nihil factum sit, ut testatur de se ipso Christus Fili-
 us Dei, Joan. 5 v. 19. dicens Phariseis: *quæunque*
 enim ille (*id est Pater*) fecerit, *haec & Filius similiter*
facit. ergò quia Verbum seu Christus Filius Dei, ita
 adfuit Patri creanti, Cœlos præparanti, & omnia
 cum ipso componenti, sequitur necessariò & evi-
 denter, Christum ab æterno non tantum in sola
 intentione, & decreto Dei extitisse, sed à parte rei
 existentialiter ab æterno; & per consequens, si Pa-
 ter Divinus hæc creans & faciens est verè naturâ
 Deus, Filius quoque ejus seu Christus, hæc cum
 eo faciens, & componens est verè æternus & na-
 turâ consubstantialis Patri Deus.

Refutatis igitur cuius responsis ad propositum
 sub n. 17. argumentum, ac proinde eō insoluto
 permanente, amplius *confirmo & probbo* Divinitatem
 ejus.

21. 4to. Evidem ex eodem capite i mo Joan. sequens formando argumentum: *Quod erat in principio ante omnem creaturam, & creationem: illud verè est ab æterno, & verus in natura Deus: Nam ante creationem mundi nihil creatum erat, adeòque quidquid ante ejus creationem erat, illud necessariò ab æterno, & increatum esse debuit, ac proinde verus in natura Deus, atqui in principio erat Verbum, seu Xtus, id est: ut loquuntur omnes SS. Doctores & Scripturæ interpres, antequam quidquam factum & creatum fuisset, jam erat ante omnia Verbum, ergò quia ante creationem mundi, & ante omnem creaturam nihil creatum erat, sed quidquid erat, erat æternum ac increatum, ac proinde verus in natura Deus, & Verbum ante hæc omnia jam erat à parte rei, non quidem 2dùm esse humanitatis; cùm humanitatem primò habuit à Creatione mundi quinque circiter millibus, & aliquot centenis annis, sed 2dùm esse suæ Divinitatis, sequitur necessariò Verbum seu Christum esse æternum & verum in natura Deum.*

major patet ex ratione data in majori: min. pariter evidens est ex ipsis terminis Scripturæ allegatæ: Nam non scribit Evangelista, *In principio factum est Verbum, aut Verbum Deus factus est, aut Verbum Deus factum est*, sed absolute scribit, *In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum*, atqui si Evangelista Johannes per relata verba intellexisset, Verbum tunc primò factum, & creatum fuisse, ac totum suum esse accepisse, quando alia creata & facta sunt, restiùs & clariùs scripsisset, *In principio factum est Ver-*

bum, non erat, sed imò Deus, aut Verbum, Dei factum est, ergo quia sic non scripsit, & locutus est, sed absolute absque ulla modificatione priori modo; evidens est, Joannem intellexisse Verbum seu Christum secundùm esse suæ Divinitatis fuisse ab æterno ante omnem creaturam, adeoque æternum & verum in natura Deum.

22. *Eunomius.* Quidquid sit de modo scribendi Evangelistæ: videtur tamen mihi eum per ly *In principio nequaquam intellexisse æternitatem:* siquidem 2dūm rectam definitionem æternitatis post Boëtium, *æternitas est interminabilis vita tota simul & perfecta possessio,* adeoque carens omni principio, seu initio, mediò aut fine: intelligendus itaque mihi videtur Evangelista, de *Principio*, illo nimis, in quo lex Evangelica initium sumpsit, illa prædicari, mundus per fidem Evangelicam renovari cœpit, in hoc inquam principio verbum seu sermo, & locutio Dei facta est ad homines per Jesum Christum.

Pacificus. Simile huic suprà n. 18. datum tuum responsum, sub eodem n. jam satis refutatum & cassatum est, insoluto manente meo argumento: ut tamen & hunc à Georgio Enyedi professionis tuæ Unitariæ olim maximo propugnatore incussum scrupulum plenè tibi excutiam, per partes distinctè solvo scrupulum tuum permixtum, & quidem

23. *Imò.* Certissimum est) quod & ipse una fateor) æternitatem nec principium, nec medium aut finem habere: at æquè certissimum est hos terminos, *Principium*, *Initium* sœpè sumi à scriptura

pro aeternitate, & diebus aeternitatis, ut evidenter patet cum ex Cap. 8. Prov. v 22. supra relato: Dominus possebit me in initio viarum suarum, antequam quidquam ficeret a principio. Tum ex c. 5. Michæl v. 2. Et egressus ejus ab initio & a diebus aeternitatis. ubi scriptura clare exprimit, se per ly Initium, velle intelligere aeternitatem, haec formalia adjiciendo, & a diebus aeternitatis: Tum vero ex Apoc. 1. v. 8. & c. 22. v. 13. ubi Deus caret omni principio & fine, ait de semetipso, Ego sum Alpha, & Omega, principium & finis. ergo sicut in allatis scripturæ textibus scriptura Initium, Principium sumpsit pro aeternitate, ita & Evangelista Joan. sumpsit pro aeternitate, ut patet ex contextibus, & conterminis; per consequens Evangelista per relata verba *In principio erat Verbum*, non intellexit principium & initium ac ipsum esse Verbi, tunc primo quando caput lex Evangelica, ejus promulgatio, ac per fidem Evangelicam renovatio mundi; sed Principium illud aeternum, in quo Verbum non tantum simpliciter erat, sed & simul hoc Verbum Deus erat, ut primis adjicit, & *Verbum erat apud Deum*, & Deus erat *Verbum*. ubi non ponit, in principio factum est verbum Dei, aut sermo & locutio Dei ad homines per Jesum Christum: sed erat Verbum, & Deus erat Verbum.

24. 2dō. Nos Catholici secundum sensum & testimonium Christi, Apostolorum, & Evangelistarum, accetiam sensum primitivæ Ecclesiæ per hoc Verbum Divinum quod erat in principio, non intelligimus aliquam locutionem Dei extrinsecam, quæ in Deo esset omnino tantum accidens (ut tu post

Enyedium asserebas) sed intelligimus *Verbum mentis æternæ*, seu tale *Verbum*, quod est per se subsistens, seu 2da Divinitatis persona, & simul substantia, id est, quod est simul substantia & Persona, *suxta illud I. Jan. 5. v. 7. Tres sunt, qui Testimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus.* verbo: intelligimus illud *Verbum Divinum æternum*, de quo ait Regius Propheta *Psal. 32. v. 6. Verbo Domini Cœli firmati sunt, & v. 9. Ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt*, atqui hæc nequeunt intelligi de verbo seu locutione Dei aliqua extrinseca: Nam nonne Amice Eunomi, locutione seu verbo externo prudenter & propriè tantummodo rationalibus, impropriè tamen etiam irrationalibus, iis tamen omnibus à parte rei & realiter existentibus, solet quis loqui rationabiliter? sed ante creationem mundi, & in eo conditorum, nihil aliud erat, quam solus ipse Deus, ergo non poterat loqui locutione externa, ergo locutus est interna, quæ est hoc *Verbum Divinum mentis æternæ*, ac proinde Hoc *Verbum* quod erat in principio, antequam quidquam fieret, & per quem omnia facta sunt, est Xitus Jesus æternæ Divinitatis 2da Persona, qui est *Imago Dei invisibilis*, Primo genitus omnis creature ad *Colos. 1. v. 15. rationem* dat Apostolus inquiens ibidem: *quoniam in ipso condita sunt universa in Cœlis & in terra, visibilia & invisibilia, &c.* In ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter ad *Colos. 2. v. 9. id est unitivè per unionem Hypostaticam cum Natura humana assumpta è Virginis Mariæ utero: ergo à ino ad ultimum hic*

hic Evangelista, uti & in citata prima sua Epist. c. 5.
v. 7. intellexit Verbū mentis Divinæ æternū, seu
Christum, secundam Divinitatis Personam, & non
verbum seu locutionem aliquam Dei extrinsecam.

25. *Eunomius*. Non videris mihi satis probare his
per hunc terminum *Verbum* à Joanne in initio sui
Evangelii, & citatâ Epistolâ suâ usurpatum, sub-
stantiam, seu spiritum, & simul personam aliquam
significari, quæ fuisset à parte rei existentialiter se-
cundūm naturam ante Nativitatem è Virginis Ma-
riæ utero; ac proinde mihi videtur *Verbum* hoc, si-
gnificare naturā hominem Jesum Christum, & illud
verbum, quod explanat Apostolus Petrus Act. 10.

v. 35. dicens: *Verbum misit Deus, filiis Israël, an-*
nuntians pacem per Jesum Christum. & Paulus Act. 13

v. 26. *Viri Fratres, filii generis Abraham, & qui in vobis*
timent Deum, vobis Verbum salutis hujus missum est. id
est Prædicatio, & fides Evangelica per Jesum Xtum.
Quod ipsum videtur confirmare Joann. in 1. sua
Epist. c. 1. v. 1. affirmans, Hoc Verbum Divinum
le oculis vidisse, & manibus contrectasse, & Apoc.

19. v. 13. *inquit: & vestitus erat ueste aspersa sanguine &*
vocatur nomen ejus Verbum Dei. atqui hæc nequeunt
dici ullatenus de Spiritu uti est Deus, neque de Per-
sona Divina, ergo Christus non debet, sed nec po-
test dici Verbum Dei à parte rei existentialiter ante
Nativitatem ex Virgine Maria, cò minùs ab æter-
no, sed solummodo Verbum Dei, dici debet & potest,
in quantum, & à quo cæpit Verbum Dei ad Israëli-
ticum Populum & totum genus humanum à Patre
missum, prædicare, & fidem Evangelicam propagare.

26. *Pacificus.* Si neandum clarò Joannis testimoniò ex 1. ejus Epistola c. 5. v. 7. allatò Eunomi tibi persuasisti, per Verbum illud à Joanne sàpè usurpatum significari spiritum, seu spiritalem, æternamque substantiam, simul & Personam Divinam, ad hoc tibi persuadendum attende accuratiùs sequentia, & quidem imò. Nonne relatus Evangelista cit. jam frequenter c. 1. absolutè absque ulla modificatione sui dicti ait, *Deus erat Verbum:* at qui juxta eundem Evangelistam c. 4. v. 24. *Spiritus est Deus,* ergo quia Deus est Verbum, & vicissim Verbum est Deus juxta Evangelistam, & Deus sit simul Spiritus, spiritualisve substantia; Verbum etiam Divinum ab Evangelista Joanne relatum est spiritus, seu spiritualis, æternaq; substantia, & per consequens naturâ Deus consubstantialis Patri, & secunda Divinitatis Persona. 2dò. Non nego, quin imò & ipse affirmo, per Verbum illud significari Hominem Jesum Christum; at hic non est naturâ purus tantùm Homo, sed naturâ Deus & homo: Deus quidem ab æterno secundùm Divinitatem consubstantiale Patri, & homo in tempore, à tempore assumptæ humanitatis è Virginis Mariæ utero: nam juxta Evangelistam Verbum hoc quod erat in principio, & quod Deus erat, *Caro factum est,* id est: Homo. 3tio. Si Verbum hoc, quod erat Deus, poterat fieri Caro, seu assumere carnem, & sic fieri homo, poterat & hoc modo ab Apostolis videri, & manibus contrectari: poterat & esse vestitum ueste aspersa sanguine, hoc enim minus est, quam Deum hominem fieri, quod tamen factum est te-

ste Joanne , ergo & hoc ultimum fieri poterat.
 4to. Antequam Evangelium & fidem Evangelicam
 Verbum seu Christus promulgare cœpisset , clarè
 & assertivè scribit de eo Evangelista , *Deus erat Ver-
 bum, omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est ni-
 bil, & Verbum caro factum est* , ergò Verbum hoc Di-
 vinum à Joanne relatum , non tantum est Verbum
 Dei à tempore suæ conceptionis è Virgine Maria &
 initio promulgationis Evangelii , sed ab æterno , &
 ante omnia creata . 5to si Xpus ex eo præcisè di-
 ceretur Verbum Dei , quia Verbum Dei sibi com-
 missum promulgaverit , tali modo oñes Prophetæ
 & Apostoli , & ii omnes , qui nostris temporibus
 verbum Dei promulgant , & fidelibus proponunt ,
 essent Verbum : hanc inconvenientem sequelam
 non admittis , ergo nec priores inconvenientes ad
 proprium tuum sensum & placitum expositiones
 scripturæ admittere debes , ex quibus hæc secuta
 est . Insoluto igitur & hoc meo argumento , ul-
 terius ostendo veram Christi Divinitatem .

27. 5to. Ex ejusdem Evangelistæ Joan. c. 6.v.41.
 ubi Xpus ipsemet apertè profitetur aliâ etiam na-
 turâ se constare præter humanam , quam præfere-
 rebat , dicens : *Ego sum panis vivus , qui de cœlo de-
 scendi , quod repetit , & confirmat ibid. v. 50. licet
 obmurmurent Pharisæi dicentes: nonne hic est Jesus
 filius Joseph , cuius nos novimus Patrem & Matrem , quo-
 modo ergo dicit : quia de cœlo descendit ? atqui nullate-
 nus potest dici de cœlo descendisse natura humana
 Xpi , quæ nunquam ante nativitatem è Virgine Ma-
 ria fuit in cœlo , ergo Xpus panis vivus descendit de
 Cœlo*

cœlo secundūm alteram suam naturam nēmpe Di-
vinam; per consequens ante sui Nativitatem ex
Maria Virgine habuit esse verum reale & existen-
tiale, cùm actio (uti erat descensus de cœlo) con-
veniat solummodo enti realiter existentialiter, &
non tantūm intentionaliter in decreto Divino,
aut in prævisione solum existenti, & sic Christus
non erat naturā purus homo, totum suum esse &
existentiæ accipiens à Maria Virgine.

28. 6tò. Eodem c. 6. Joan. v. 38. Christus pariter
de seipso ait: *descendi de Cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.* atqui si secun-
dūm te Eunomi Christus totum suum esse, primò
acepit in sua nativitate, tuncq; incepit verè à parte
rei realiter existere; non poterat in veritate se dice-
re descendisse, sed solum ascendisse, ergo cùm affir-
met se descendisse de cœlo, totum suum esse & exi-
stentiæ non habuit à sua nativitate, per consequens
non est naturā pura creatura. Hæc utraque con-
firmo ex illo Joan. 3. v. 13. ubi Christus inquit de
seipso: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo:* ubi bene attende ad hæc
ultima Christi verba, *qui est in cœlo:* nam si 2dūm
te Amice Eunomi Christus est pura Creatura secun-
dūm totum suum esse, quomodo de semetipso po-
terat, cum Nicodemo, & Judæis disceptans, & co-
ram iis existens, dicere: *filius hominis qui est in cœlo?* si
fuit purus homo, quomodo poterat esse actu simul
in cœlo, & actu in terra cum illis disceptare? ergò
quia teste ipso fuit simul in cœlo, & simul cum ho-
minibus discurrens, non erat naturā purus homo,
sed

sed homo Deus; ac proinde fuit in cœlo simul & in terra, cum hominibus conversando: In cœlo quidem secundum naturam Divinam consubstantialem & eandem cum Patre; in terris autem secundum humanitatem ex utero Virginis sumptam.

29 7mo Jonn. 8. v. 8. Phariſæis Christus de se testatur: *Amen, Amen dico vobis, antequam Abraham fieret ego sum:* atqui Christus secundum humanitatem ante Abrahamum non erat, quia secundum esse suæ humanitatis nondum expleverat 34 ætatis suæ annos, Abraham verò eum multis centenis annis præcesserat existendo, ergo cum testetur se esse, antequam Abraham existeret, & hoc de sua humanitate affirmare non poterat in veritate, sequitur affirmasse secundum suam Divinitatem æternam, per consequens non est naturâ purus homo, sed simul Deus & homo.

30. 8vo. Joan. 10. ¶. 27. & 28. Christus probans non perire oves suas, inquit: *& non rapies eas quisquam de manu mea --- & nemo potest rapere de manibus Patris mei,* immediate subdit horum rationem, quia inquit: *Ego & Pater unum sumus,* ubi per unum sumus, innuit eandem manum seu potentiam esse Patris & Filii: atqui si eadem est vis & potentia conservandi oves, certò & eadem erit essentia in Patre & Filio Divino, cùm in Deo potentia & essentia sint eadē realiter, ergo quia testo ipsomet Christo eadem sit potentia ipsius conservandi oves, ac ipsiusmet Patris, sequitur necessariò, quia Pater secundum potentiam & essentiam est naturâ Deus, quod Christus Filius Ejus, habens eandem

dem potentiam, realiter essentiæ identificataim, sic etiam naturâ Deus, & non pura creatura. Confirmat ibidem v. 36. & seqq. priùs de se suum assertum, arguendo incredulitatem Pharisæorum & Scribarum dicens: *Vos dicitis, quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum, si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi, si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre.* ergo his non tantum intelligit, & intendit illis persuadere virtutem & potentiam in tempore à Patre collatam, quâ faciebat miracula, sed eandem cum Patre potentiam, & consequenter eandem cum Eo etiam naturam; secùs enim non ita acriter eorum exprobâisset incredulitatem, nec ita de se absolute absque ulla modificatione protulisset hæc, *ut cognoscatis inquit & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre.*

31. 9nō. Christus imminente jamjam sua passione & morte valedicturus discipulis, consolatur & animat eos amore Patris sui, ob fidem, quam in Christum habuerunt, dicens: Joan. 16. v. 27. & seqq. *Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exivi: Exivi inquit à Patre, & veni in mundum: &c.* immediatè sequenti per totum, Patrem alloquens oculis in cœlum sublevatis v. 5. Clarifica me Pater apud temetipsum, claritate, quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Quibus ostendit Christus 1mō. se descendisse de cœlo, fuisse ante sui nativitatem in cœlo apud Patrem existentialicer realiter, quia revera dicit se exti-

exiisse à Deo, à Patre, & sic venisse in mundum: ostendit 2dō. se habuisse claritatem seu gloriam ante mundi constitutionem. 3tio. se non esse purum hominem, nec Filium Dei tantum adoptivum, ut professio tua unitaria Eunomi affirmat, sed esse Deum, esse Filium Dei naturalem ab æterno per generationem æternam: Ratio hujus: quia è cœlo nunquam descendit purus homo, nec Filius Dei tantum adoptivus, cum ante creationem mundi hujusmodi non fuerit in cœlo, ergo quia affirmat se habuisse claritatem ante mundi constitutionem, exiisse à Patre; sequitur evidenter, Christum præter esse hominis habuisse, & actu habere etiam aliud esse, nempe Divinum æternum, consequenter non esse naturâ puram creaturam. Sunt & alia Joannis testimonia per totum suum Evangelium, uti est & illud c. 14. v. 6 & seqq. ubi Christus de seipso dicit: *Ego sum via, & veritas, & vita: Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis* -- Philippe qui videt me, videt & Patrem meum. & alia ferè innumera, quæ si attentè perlegeris, veram Christi Divinitatem probatam deprehendes, quibus ob brevitatem nostri Discursus prætermisssis; ulterius ostendo assumptam meam veritatem

32. 10mō. Ex Doctore Gentium Paulo Apost. ad Rom. 9. v. 5. sequentia de Christo scribente: *Ex quibus (id est Prophetis) est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sacula, at qui qui est Deus super omnia benedictus, is est æternus & verus in natura Deus, ergo & Christus est*

verus in natura Deus, cùm juxta Apostolum sit super omnia Deus benedictus in sæcula.

Eunomius. Hic Apostolus per ly *super omnia Deus benedictus*, nequaquam vult significare veram æternam, ac in natura Divinitatem Christi, sed solummodò Excellentiam, & præminentiam ejus super omnes alias creaturas, ob excellentiam virtutum, & gratiarum ipsi à Patre collatarum.

Pacificus. Quamvis Christus etiam per inconcessum foret creatura pura & eminentior super omnes, neutiquam tamen posset dici verè ab Apostolo Deus: Deitas enim est prædicatum esseentiale Dei, nulli comunicabile; præcipue cum addito: *super omnia*, & *benedictus*: & ideo nec in scriptura ulibi legere est, creaturam aliquam nominari Deum cum his præfatis prædicatis, ergo nec Apostolus censetur id fecisse, nisi veram & in natura Christi Divinitatem intendisset significare.

Exponit idem Apostolus hanc suam mentem de vera Christi Divinitate Epist. suâ ad Tit. datâ c. 2. v. 10. hæc ei pro instructione suorum fidelium scribens: *ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus*, *Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos.* ergo si Christus Salvator humani generis est Dominus noster juxta Apostolum, est etiam verè in natura idem unusque Deus noster consubstantialis cum Patre: subsumo, atqui juxta Deut. c. 6. 4. *Dominus noster unus est.* ergo cùm Christus (Gal. 6. 18.) sit Dominus noster, est etiam verè Deus noster consubstantialis Patri. 33. *Umo.* Ex eodem Apost. Philip. c. 2. v. 5. & 6.

his

his adhortante: *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo: atqui si Christus filius Dei non esset naturâ Deus, eum non posset Apostolus affirmare aequalem Deo (secundum te Patri) ergo cum aequalem eum testetur esse Patri Apostolus, quod ipsum Christus de se Joan. 16. v. 15. profitetur: Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt, sequitur Christum non esse naturâ purum hominem, sed esse naturâ Deum aequalem, & consubstantialem Patri.*

34. 12mo. Ex contextu citati textus Apostoli ad Philip. v. 7. ubi subjungit immediatè: *semetipsum exinanivit, formam servi aceipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. ex quo assumo: sed qui habet veræ & æternæ Deitatis formam seu Naturam, est verè naturâ Deus, ergo quia Christus teste Apost. hanc habuit, antequam formam servi seu hominis indueret, seu humanitatem assumeret, sequitur eum esse naturâ Deum.*

Eunomius. Per hanc Deitatis formam noli intelligere amice Pacifico Naturam, & Divinitatem, sed soluñmodò opera supernaturalia & miracula à Christo patrata in virtute Dei. Cum enim Deus se solo patrare poterat quæcunque miracula, & ipsi solùm hoc propriè conveniebat, quia tamen & Christo concessit virtutem illa faciendi, ideo dicitur ab Apostolo in forma Dei esse.

Pacificus. Si hæc tua interpretatio super verba Apostoli Eunomi vera esset, tunc sequeretur. 1mo. Apostolos pariter debere dici, tuisse in forma Dei, & aequalis Deo, unum cum Patre, uti & alios

Viros Sanctos, qui varia opera supra naturam, & miracula fecere virtute Divina sibi communicata: negas hanc sequelam omnino inconvenientissimam, nego & ego tuam super verba Apostoli allatam interpretationem, ex qua inconveniens illa sequela deducta est. Sequeretur secundo: quod si Christus nec secundum Divinitatem fuisset ante sui Nativitatem in tempore; neque habuisset formam Dei priusquam operaretur miracula, atqui juxta Apostolum, Christus, qui cum in forma Dei esset ex inaniens semetipsum, formam servi seu hominis accepit, ergo ante formam seu Naturam servis seu hominis habuit Christus aliam formam seu naturam: non hominis; quia eam Apostolus afferit fuisse Dei, ergo Dei, consequenter antequam Christus servus seu homo factus esset, jam antecedenter erat in forma Dei, seu in Natura Deus. Sunt & alia D. Pauli testimonia de Divinitate Christi jam sparsim majori ex parte suprà allata, prout videre potes Ad Coloss. i. ¶. 3, & 15. & seqq. Ad Hæbr. i, ¶. 5. & seqq. & alibi passim, quibus tuæ solertiæ commissis, ad ulteriora progredior probando conclusam meam Veritatem.

35. 13tiò. Testimoniò suprà jam prælaudati dilectissimi præ cæteris Christi Discipuli Joannis videlicet in sua Epist. i. C. 5. ¶. 20. hic de Patre, & Christo ejus filio attestantis: scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus, hic est verus Deus, & vita æterna: quid his clarius? ubi sicut Patrem dicit esse verum Deum, ita & Filium, dicens de

de eo, hic est verus Deus, & vita eterna, ergo sicut
Pater est verus in natura Deus, ita pariter Filius,
ex clarissimis Apostoli verbis.

36. 14to. Ille verè in natura est Deus, cui com-
petunt omnia Divinitatis attributa, ut aeternitas,
Immensitas, Immortalitas, Immutabilitas, Om-
nipotentia, Omniscientia, atqui hæc omnia com-
petunt Christo filio Dei, ergo est verè in natura De-
us. maj. est innegabilis ab habente usum rationis,
min. autem probo inductione: imprimis enim compe-
tit Christo aeternitas juxta prophetiæ Michælæ supra
n. 12 relatam de Messia seu Christo in lege promisso
dicentis: & egressus ejus ab initio, & à diebus aeternita-
tis. 2dō. competit ei Immensitas, cùm sit simul in
caelo & in terra, nam loquens in terra cum Phari-
sæis Joan. 3. v. 13. de se ipso dicebat, Filius hu-
minis, qui est in caelo. 3rdo. Immutabilitas; siquidem
de Christo ait Apostolus ad Hæb. 1. v. 11. & 12.
Ipsi peribunt, tu autem permanebis. Velut amictum ma-
tabis eos, & mutabuntur, tu autem idem Ipse es, & sa-
ni tui non deficient. 4t̄o. Omnipotentia: nam testi-
bus Joanne Evangelista, & Paulo suprà sub n. 17.
specialiter circa hoc relatis: omnia per ipsum facta sunt
& sine ipso factum est nihil. Omnia per ipsum & in ipso cre-
ata sunt. unde & Apoc. 4. v. 8 de eo dicebant 4. ani-
malia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Omni-
potens, qui eras, & qui es, & qui venturus es. 5t̄o.
deniq; competit ei Omniscentia, prædicatum omni-
tū soli Deo proprium teste Petro Apollolo apud Jo-
n. 21. v. 17. Domine tu omnia nosci. ergo quia se-
cundum hæc, Christo prædicata Deo propria com-
petunt,

petunt, sequitur necessariò Christum verè esse naturā Deum, ut claret ab *Institutione de Petro*: cui quia competunt prædicata, & proprietates hominis, ut esse rationalem, & animal, risibilem, admirativum, arguitur Petrus esse naturā homo, ergo à contrario de Christo, quia ei convenient prædicta Dei, infertur reverà Christum naturā verè etiam esse Deum.

Eunomius. Velim nolim, fatendum mihi est: fas tis me esse pressum, & convictum allatis tuis ex utroque testamento argumentis, & rationibus, hec arbitror amplius tibi superesse aliquid, quod me adeò premere posse.

Pacificus. Pressum te, & convictum rationibus fateris: utinam! (ut finis hujus mei discursus est) & convictum te in conscientia fatereris, ac ostendam veritatem Christi, nimirum veram ac aeternam in natura Divinitatem mecum una fide completeris: ad que ut efficacius inclineris, en adhuc sequentia.

ARGUMENTA MIXTA VETERE & NOVO TESTAMENTO PRO AETER- NA, AC VERA IN NATURA DIVINI- TATE CHRISTI.

- 37. *Imo*. Qui in deserto tempore Moysis ignitos serpentes misit supra filios Israël, vel est verus in natura Deus, vel non? si non: erroris arguis scripturam dicentem. Num. 21. v. 6. *Quam ob rem misit Dominus in populum ignitos serpentes?* si autem hos ignitos serpentes mittens in populum, est verus in natura Deus, etiam Christus Filius Dei est verus

verus in natura Deus: quod sic ostendo: Qui ignitos illos serpentes misit in populum, est Christus Filius Dei, teste Apost. 1. Corinth. 10. ¶. 9. *N* que tentemus Christum, inquit Corinthiis *sicut quidam tentaverat*, & à serpente perierunt. Ecce, quām clare asserit Apostolus Christū fuisse illū, quem israēlitæ in deserto tentarunt, qui ignitos serpentes misit in eos, ergo pro tūc secundūm aliquod sui esse, debuit extitisse à parte rei; quia secūs hæc non egisset: sed non exticet secundūm esse humanitatis, quia pro tunc nondum erat natus, ergo debuit extitisse secundūm esse lux Divinitatis, & esse Dei; alibi quomodo ipsum tentassent? quomodo misisset in populum serpentes? per consequens Christus non accepit totum suum esse & existentiæ primò in seconde Nativitate, sed habuit antecedenter esse suum, nempe esse Divinitatis, ac proinde non est naturā purus homo.

38. 2dō. *Is*, qui de se ipso dicit: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo servitutis*, ille est æternum, & verus in natura Deus, atqui illum Dominum Deum Judas Thadæus Christi discipulus in sua Epistola ¶. 5. asserit esse Christum Jesum dicens: *Commonere vos volo, scientes semel omnia, quoniam Jesus populum de terra Ægypti salvans, secundo eos, qui non crediderant perdidit;* ergo Jesus liberans filios Israël ex Ægypto est verus in natura Deus. maj. est evidens ex scriptura Exod. 20. ¶. 2. min. pariter ex citato Apostolo, consequentia sequitur in forma, & insuper ratio est: *Quia tempore liberationis filiorum Israël nondum era*

erat natus Christus è Virgine , per consequens nec poterat eos liberare secundùm esse suę humanitatis , ergò quia eos liberavit , hoc egit secundùm esse suę Divinitatis , ac proindè habuit esse , nempe Dei ante suam Nativitatem , sicque non est naturā pugnus homo.

Eunomius. Apparet quidem argumentum in terminis & forma , me convincere : quia tamen æquivocat in termino *Iesus* , ideo sophisticum est , & in nullo me convincens : Hic enim Apostolus per terminum *Iesus* nequaquam intendit significare Christum Iesum Filium Mariæ , sed *Ioseph* Ducem Israël , Moysi immediatum successorem in deserto , qui & ingressus est , & induxit populum in terram promissionis.

Pacificus. Mirum est amice Eunomi , quod adeò liberè pro placito tuo quemvis scripturæ locum , & terminum in privatum tuum sensum interpreteris : quaenam ratione dicere moveris , argumentum æquivocare in termino *Iesus* . Apostolumque intellexisse *Ioseph* , & non *Iesum* Filium Mariæ Virginis ? An mihi Eunomi , Josue incredulos Israëlicas perdidet ? & à fortiori , an Angelos condemnaverit ? certè , ut te verum faceri bene suppono , affirmas mecum unà , non : atqui hic Apostolus loquitur de illo *Iesu* , qui incredulos viros Israëlicas juxta Num. 6. 14. ¶ 36. murmurare facientes contra Moysen multitudinē , detrahentes terræ , quod esset mala , perdidit , ait enim supra cit: v. mortui sunt àique percessi in conspectu Domini , & Angelos condemnavit , ut claret ex ejus Epistolæ versu 6. Angeles vero , qui mem

non servârunt suum Principatum , sed dereliquerunt suum domicilium , in iudicium magni diei , vinculis aeternis sub caligine reservavit . ergo ille Jesus hæc cum præfatis agens , non erat Jolue , sed Deus Israël , per consequens Jesus Filius Mariæ non est naturâ purus homo , sed simul in natura verus ab æterno Deus , & homo in tempore ab instanti solum suæ conceptio-
nis in Virginis Mariæ utero .

Nec his obstat , etsi dicas cum Enyedio : editio-
nem vulgaram in hoc esse corrigendam ; quia in-
quitis , in Græco non habetur Jesus , sed kyrios , seu
Dominus : non inquam obstat , 1mo : quia ut ipse fa-
temini , in reliquis editioni vulgatæ adhæretis : &
hoc ideo : ut inquitis , quia hæc multorum sacru-
lorum præscriptione , & communī usu recepera-
usuatāque est , sicque videtur esse certissima : si er-
go ita receptæ in reliquis huic adhæretis , cur non
& in hoc textu ? ex quo usu & præscriptione in hoc
passu scripturæ græcæ adhæres cum tuis , & in aliis
editioni vulgatæ ? ecce Eunomi nos , & in hoc , & in
aliis vulgatæ editioni adhæremus ! quare ? quia ab
universalis , & tota Christi Ecclesia tanquā regula in-
fallibili , definita & recepta est . Non obstat 2do : quis
sive jesus , sive Dominus legas , utraque voce (si ac-
tentè legas Epist . Judæ , & candidè varitatem faci-
vis :) Christum intelligere necesse est : nam Apost .
in toto contextu sua Epistole de Christo differit ,
cujus verba in hoc argumento tibi objecta , si de so-
lo Patre accipis , inanem facis omnem demonstra-
tionem Apostoli de Christo : scribit enim Apost . v . 4 .
Subintroierunt quidam homines impii , Dei nostraris grati-

¶ 54 ¶

am transferentes in luxuriam & solum dominatorem &
dominum nostrum Jesum Christum negantes: sed hi ho-
mines impii non erant pagani; quia hi non tantum
occulte, sed manifeste negabant Deum verum, &
Dominatorem etiam Patrem: nec erant Judæi, si
intelligas textum Judæ de solo Patre: quia hi Pa-
trem, verum Deum profitebantur, & actu profi-
tentur, ergo homines illi impii erant Cerinthus,
Ebion, ex Christianis in errorem lapsi, ut patet ex
dictis supra n. 17. quos, ut refellat, ab horumque er-
rore alios fideles præserves, subjungit Apostolus:
*Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoni-
am Jesus populum de terra Ægypti salvans! quibus ver-
bis ostendit Apostolus illis doctrinam de Divinitate
Christi ab Apostolis traditam, esse veram: cùm hic
Jesus fuerit, qui salvavit populum ex Ægypto, An-
geli vero ruinam intulit: quod, si Christus naturâ
fuissest tantum homo, facere minime potuisset.* 3*tio.*
non obstat, quia quamvis in editione vulgata non
habeatur in citatis verbis Apostoli, *Jesum Christum
Deum, negantes: habetur tamen, solum dominato-
rem, & Dominum nostrum, atqui qui est solus Domi-
nator, & Dominus noster, ille verè est æternus, &
naturâ Deus, ergo cùm hoc dicat Apostolus de
Christo, Christus est verè æternus & naturâ Deus.*

39. 3*tio.* Is, qui adoratur cultu & adoratione so-
li Deo propria, est verus in natura Deus, ut patet
ex Deut. c. 6. v. 13. & Matt. 4. v. 10. atqui Chri-
stus adorabatur cultu & adoratione propria soli
Deo, teste Evangelista Matthæo c. 2. v. 11. c. 8. v.
item c. 14. v. 3. supra citato n. 16. & Marco c. 5.
v. 6. &c.

y. 6. & teste Apoſtolo Paulo ad H̄eb. c. 1. v. 6. di-
cente: & cum iterum introducit primogenitum in orbem
terra, dicit: Ego adorent eum omnes Angeli Dei. Hoe
ipsum testatur & professio tua unitaria de Christo
suprà sub n. 3. relata, in qua profiteris de ejus cultu
hæc formalia: Nos quoque (inquis cum suis) cultus
Divino, & sanctissima adoratione Eum adoramus, ergo
quia tum secundum tuam professionem, tum vero
secundum allata scriptura testimonia, Christus cul-
tu & adoratione Divina seu Deo debita adoratur,
est verè naturâ Deus.

Patet consequentia, in forma enim est: at insua
per ratio est: quia aliàs, si Christus esset naturâ pu-
ra creatura, & nihilominus adoraretur adoratio-
ne Divina & Deo debita, sequeretur imo: à te,
tuisque Counitariis committi idolatriam, ado-
rando Christum, quem credis naturâ puram crea-
turam, quod ipse audire horres; ita tamen reve-
ratoret: siquidem adorares puram creaturam, ei-
que tribueres Cultum Deo debitum, quod est ido-
latricum, ac intrinsecè malum, nec ulla circum-
stantiâ cohonestabile: nam ab solutè testatur per Iſaï
c. 6. gloriā meā alteri non dabo. v. 8.

Sequeretur secundo, si Christus esset pura Creatura,
Deum præcipiendo Angelis adorare in ingressu in
mundum, suum Primogenitum videlicet Christum
Filium suum, præcepisse Angelis Idolatriam: quod
horrent Christianæ aures, ita tamen esset
quia cultum sibi Creatori debitum, præcepisset tria
būendū & Christo, secundum ut naturâ puræ
Creaturæ: quod ita intrinsecè malum est, & nullâ

circumstantiâ cohonestabile; sicut intrinsecè malum esset, si præcipiteret non Deum, credere Deum, ergo, si profiteris chare Eunomi, X̄tū debere adorari cultu & adoratione Divina, Deo debita, profiteri quoque debes Illum non esse naturâ puram Creaturam, sed esse simul Deum & hominem.

40. Ultimò tandem hæc omnia argumenta, & rationes meas pro vera, ac æterna in natura Divinitatis X̄sti allatas, concludo argumentō Ipsiusmet X̄sti Pharisæis interrogativè propositō, & ab iis insoluto, Matt. 22. v 42. & leqq. quærentis ab eis: *Quid vobis videsur de Christo? cuius filius est?* Dicunt ei: *David:* Rursus X̄tus ait illis: *quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum,* dicens: *Dixit Dominus Dominum meo,* sed: *á dextris meis?* si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? id est: si Christus est filius David, David Pater ejus non potest vocare Christū suum Domini: Nam in quacunque præminentia & dignitate foret constitutus filius, etiam supra Patrem, nihilominus indecens, & contra omnem unquam factò experientiam, ac contra ipsam etiam naturæ legem foret, si Pater filium suum naturalem, Dominum suum nuncuparet: ergo pariter, si Christ⁹ secundūm te & Pharisæos est tantum Filius David seu naturâ purus homo, David contra legem naturæ non poterat Filium suum seu Nepotem Christum vocare Dominum suum: quia ergo sic vocat psal. 109. v. 1. debuit in spiritu agnoscer e preter humanitatem ab ipso traducendam, etiam Divinitatem, ob quam appellaret eum Dominum suum. Hinc Chare Eunomi certum est, quemadmodum Pharisæi in scripturis veritatem &

legis Doctores Messiam seu Christum ibi in lege promissum putantes tantum fore purum filium David, seu naturā purum hominem, ad hoc Christi argumentum ne verbum quidem respondere potuerint, ita pariter tu cū tuis affirmans Christum esse naturā purum hominem, purum filium Virginis, nec aliud præter esse hominis ab æterno habere, rectè & rationabiliter nullatenus solvere vales hoc Christi argumentum. At verò nos Catholici Christum Deum ab æterno, & hominem in tempore ab instanti suæ conceptionis secundùm esse suæ humanitatis profitentes, facile illud solvimus, dicendo: Christum secundùm suam Divinitatem æternam & consubstantialem Patri, esse Dominum David, secundùm humanitatem verò suam esse filium David.

41. *Eunomius.* Exemplò Pharisaorum ne arbitrare Amice Pacifice, ad præfatum argumentum omnem nobis respondendi viam esse reclusam: facile enim & nos juxta principia professionis nostræ respondemus, dicendo: Christum esse Dominum David, in quantu majoris dignitatis & potestatis erat extensivè Xst⁹ quām fuerit David; hic enim solummodo erat Rex Populi Israël: at verò Xstus toti⁹ mūdi Rex supremus & salvator à Patre constitut⁹ erat: esse verò filiū David, quia ex semine David ortum sui duxerat: & certè nisi hoc sensu intellegendus esset Propheta David, non posset dicere seu imperare Dominus Dominus, seu Deus, Christo etiam in natura Deo, *sede à Deutris meis;* quid enim Imperii habet Domini⁹ & Deus, supra Dominum & Deum sibi æqualem? ergo cum ita imperativè di-

cat Dominus, Domino, Messiae nempe venturo,
videtur, David locutum fuisse in dicto cummuni
nostro sensu post Enyedium.

Pacificus. Quod hic cum tuis ad argumentum
Christi ex Prophetia David, respondes, hoc ipsū re-
spondere poterant in scripturis veritatis Phari-
sæi; optimè enim iij noverant ex prophetiis, Christū
futurum totius mundi, omniumque Monarcha-
rum Regem, & Salvatorem, ac proinde longè ex-
cellentioris dignitatis & potestatis, Davide: sic quæ
facili negotio respondissent Christo, elusisentque
eius insolutum, & eos (aliás procacissimos) mutos
faciens argumentum. Præterea; An quia nostra
Clementissima ætu felicissimè regnans, super tot
Monarchas Sibi offensissimos gloriosissimè Trium-
phatrix, ac Invictissima Regina Maria Theresia, sce-
ptrō, diademate, Regiaque dignitate Augustissima
totâ celebratur Europâ, ob hoc ejus Augustissima
Parens, relicta Imperatrix Carolina, Dñam appel-
labit Regnantem suam Filiam? hoc certè arect lex
naturæ: sed eam lege naturæ Filiam ab ipsa nuncu-
pari non dubita: ita quoque argumentare de Davi-
de & Christo Filio ejus ex semine suo oriundo;
quem licet in spiritu præviderit David, se potentio-
rem Regem futurum Filium suū seu Messiam ven-
turum; si tamen eum agnovisset pro puro in Natu-
ra homine, nequaquam eum vocasset in spiritu Do-
minum, sed Filium, & hoc ex lege naturæ: ergo
quia Filium suum Dominum suum nuncupavit,
agnovit in eo præter naturam humanam ex semine
suo per seriem generationis oriundam, etiam natu-
ram

ram Divinam, ob quam nuncupavit eum Dominum suum.

Hæc sunt Amice Eunomi argumenta & rationes meæ pro conclusa veritate mea, aeterna nimis rūm ac vera in natura Divinitate Christi, quibus (retor-
tis tuis responsis, ac quibusque tuis effugiis plenè refutatis) à te insolutis; superest pro fructuoso di-
scursu nostro, tua adferre argumenta, quibus inni-
xus contrariam conclusæ veritati ac professioni
meæ, doctrinam profiteris, & affirmas: lubens enim
& ego ea audiam, & me vicissim pollicor munus
respondentis ad ea, pacifica ac svavi familiaritate
subeundum: sic proinde si placet, pro continuando
nostro pacifico salutari discursu.

QUÆSTIO SECUNDA.

QUÆNAM SINT ARGUMENTA PROFES-
SIONIS UNITARIÆ CONTRA AETER-
NAM, AC VERAM IN NATURA DIVI-
NITATEM CHRISTI?

Eunomius. Multis tuam de Christo doctrinam Catholicam argumentis & rationibus ex scriptura desumptis probâsti, quibus ingenuè fateor, me plenè non satisfecisse: nequaquam tamen despondeo animo, nec instar præmentionatorum Pharisæorū ad ea obmutesco, simile quid enim & tibi spero futurum; ex ipsissima equidem scriptura ad confirmandam unitariæ meæ professionis de Christo do-
ctrinam, utpote: illum non esse naturâ Deum, sed purum hominem, & Deum tantum nuncupatiyè,
& propter excellentiam donorum & gratiarum ipsi
a Pa-

à Patre collatarum ; textibus textus, argumentis
argumenta, & rationibus pares oppono rationes:
& quidem.

42. Imò. Christus Matri petenti , ut unus fi-
liorum federet ad dexteram , alter ad sinistram , re-
spondit Matt. 20. v. 23. *Calicom quidem meum bibetis,*
sedere autem ad dexteram meam vel sinistram , non est nre-
um dare vobis , sed quibus paratum es à Patre meo , ergo
si hoc non est in sua potestate , sed Patri , nec est
æqualis potestatis cum Patre , per consequens ne-
que est naturâ Deus consubstantialis Patri , sed na-
turâ homo , & solùm nuncupativè , significativè
Deus. Probatur consequentia & utrumque subil-
latum ex ipsiusmet verbis Christi ejulantis in cruce
ad Patrem Deum suum Matt. 27. v. 46. Deus meus ,
Deus meus , ut quid dereliquisti me? atqui si Christus
esset Deus naturâ consubstantialis Patri , non posset
Patrem vocare Deū susī ; neque enim qui naturâ
Deus est , potest habere Deum , ut certum est apud
Christianos , contra jam dudum proscriptum erro-
reorem Manichœorum , ergo quia Christus Patrem
vocat Deum suum , sequitur Christum non esse
naturâ Deum consubstantiale Patri ? probatur
min. Qui est naturâ Deus , non potest sibi alterum
agnoscere , eumque vocare Deum , sed Christus se-
cundum te Amice Pacifice est naturâ Deus , ergo si
est naturâ Deus consubstantialis Patri , non potest
Patrem agnoscere , eumque vocare Deum. Subsumo.
atqui Christus vocando Patrem Deum suum vide-
tur agnoscere alterum supra se Deum , & sic negare
in se Divinitatem , ergo non est naturâ Deus con-
sub-

substantialis Patri. probatur subsumptum à pari: sic quia, dum homo vocat alterum Regem suum, fatetur se non esse Regem, saltem supremum, & æqualis dignitatis ac potestatis cum eo, ergo pariter, quia Christus Patrem vocat Deum suum, agnoscit supra se Patrem esse Deum, & consequenter negat in se Divinitatem consubstantialem, & æqualem cum Patre, adeoque non est naturâ Deus, sed homo.

43. *Pacificus.* Me hoc argumentō, & textibus scripturæ allatis omnino convinceres, si & ego te unā, & Judæis unicam tantum in Christo naturam, cámque purè humanam, & solum ab exrinseco, seu propter donorum, & gratiarum excellentiam Deificatam & Divinam agnoscerem: at quia in Christo secundum suprà datam *conclusionem* & professio-nem meam Catholicam, duas in Christo proficeor Naturas, per unionem hypostaticam unitas, unam Divinam, cámque æternam, ac consubstantialem Patri, alteram verò humanam in tempore creatam, & assumptam è Virginis Mariæ utero, idecirco con-tra me nihil probas, minùs eō me convincis.

Ut proinde, brevitatem nostri discursus assequamur, omissis hujusmodi argumentis & cæcibus, quibus ferè plena est, præcipue novi Testamenti scripture, accipe pro *Regula & responsione generali* ex principiis, rationibus, & argumentis pro conclusi-one, & professione mea de Christo, quæstione præcedenti sicut fuisse allatis: Textus hos & his consimili-tes, prout Matt. 28. v. 18. *data est mihi omnis potestas in celo & in terra* Joan. 14. v. 28. *Vado ad Patrem;* quis Pater me major est. Joan. 7. v. 16.

mei doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. Joan. 20. v. 17. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. &c. de Christo secundum Naturam humanam, & non secundum Divinam esse intelligendos, absque exclusione tamen Divinitatis verae à se: cuius rationem assigno, ex diverso de se loquendi modo ipsiusmet Christi: qui secundum proximè allatos textus, fastetur se minorem Patrem, Patrem esse suum Deum; secundum allatos autem textus quest: præcedenti testatur se unum cum Patre, aequalē cum eo, dicens: Joan. 10. v. 30. ego & Pater unum sumus & 38. si mibi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & Ego in Patre. & Joan. 5. v. 19. Quæcumque ille (id est Pater) fecerit, haec & filius similiter facit. & Joan. 14. v. 9. Philippe qui videt me, videt & Patrem. v. 11. --non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est. atqui certum est, si Christus unicā tantum naturā, eaque in se pure humanā constitisset, nunquam ejusmodi contraria & invicem repugnantia de se affirmasset: & quæso amice Eunomi, quis audet supponere de Christo, qui juxta Joan. c. 14. 6. Via, Veritas & Vitta est: qui testibus & Ipsiusmet adversariis, Pharisæis videlicet, & eorum discipulis Matth. 22. v. 16. Verax est, & viam Dei in veritate docuit: quis inquam audet de eo supponere, si unicā, eaque pure in se naturā humanā constituit, adeo uniuersitatem contrariis asseverationib^o de se testatis, affirmatis, & probatis, tot errorum, dissidiorūmque semina suis Apostolis, ac toti mundo-seminasse: hoc

hoc certè prudens ratio de eo suspicari horret , reverentia in Xcum , ut via , veritas , & vita est , prohibet : ergo quia modò affirmat se esse unum cum Patre , Se in Patre , & Patrem in se esse , & modò asserit se minorem Patre , hæc intellexit , & protulit de se secundum suam duplensem diversam naturam , videlicet humanam & Divinam , quod conclusio & professio mea in eo , cum argumentis , & rationibus tibi allatis inconcuse affirmat , & profiteretur . Hanc igitur Regulam scito amice Euno mi pro similibus scripturæ textibus , secundum quam ejusmodi scripturas soluturus essem , & si in specie mihi objiceres .

44 Ut nihilominus morem meorum Concatholicorum & præcipue scholasticorum geram , singulas propositi tui argumenti rationes distinctè solvo . Et adimum textum dico : Responsionem illam Christi non fuisse absolutam , quasi non fuisset etiam in sua potestate , sed respectivam ad petitionem , id est : non vult esse suum Regnum , & præminentiam in suo Regno ; eis dare ex mera indulgentia , aut vicognitionis , ut petebat Mater ipsorum ? sed solum vult dare certantibus , vincentibus , & propter meritam , sicut à Patre , & ab ipso pariter decretum est . Hoc enī (ut ajunt Ss. Ambrosius . Aug. & Abulfensis) non datur personæ , sed vita , non ex favore , sed ex merito , adeoque ex hoc minimè inferri potest Christum non esse æqualis potestatis cum Patre , & ipsi non esse consubstantialem , imò contrarium , & conclusioni meæ favens .

Ad secundum pariter dico : Illō Christum alloqui Patrem

Patrem suum , secundūm jam dictam hic genera-
 lem Professionis meæ regulam , quatenus homo e-
 rat , & 2dūm quam capax erat doloris , passionis ac
 mortis : non verò quatenus Deus erat consubstan-
 tialis ; 2dūm hanc enim erat incapax passionis &
 mortis : *Distinguo autem min.* ex hoc textu sump-
 tam : atqui si Christus esset naturā consubstantialis
 Patri : non posset Patrem vocare Deum suum , si
 sola naturā divinā Patri consubstantiali constaret.
 c. si constet & naturā humanā sibi hypostaticè unitā
 Cūt conclusio & Professio mea adstruit N. min. & con-
 sequentiam sub distinctione prima ex regula generali
 data. Hujus probationis maj. *distinguo* : qui est
 naturā Deus , solā constans naturā Divinā , non po-
 test sibi alterum agnoscere , & Deum suum invoca-
 re C. qui est naturā Deus , unitam simul habens &
 Naturam humanam . *subdistinguo* : non potest si-
 bi alterum agnoscere & eum vocare Deum suum ,
 secundūm suam Naturam Divinam eandem con-
 substantialem illi c. secundūm Naturam humanam
 sibi uintam N. mai. & min. ac consequentiam , sub
 datis prioribus distinctionibus. Hujus subsumptam
 propositionem nego quoad utramque partem , af-
 signando disparitatē ad ejus probationem , videli-
 cer : quia homo cūm sit unius tantum naturæ , ag-
 noscendo aliquem sibi Regem , eō ipso agnoscit se
 illō in omnibus esse inferiorem : at verò Christus
 cūm sit duplicitis naturæ , Divinæ nempe & huma-
 næ , potest se faceti Patre inferiorem secundūm natu-
 ram unam , nempe humanam , & ipsi æqualem ,
 ac consubstantialem secundūm alteram naturam
nempe

nempe Divinam , prout & fecit , ut claret ex allatis textibus , Ego & Pater unum sumus & reliquis . Ecce amice Eunomi plena argumenti tui solutio , aut si cā minimē contentus es , urge contra eam , lubens audiam .

Eunomius. Satis fecisse quidem videris proposito argumentorum ex universalī professionis tuæ regulā præmissa , cum ex distincta more scholasticorum in altioribus scientiis peritorū , solutione data , nec aliquid contra eam forsitan te urgens pro nunc mihi occurrit , ast adhuc urgeo textibus & rationibus .

4^o. 2dō. Christus ultroneè facetur de semetipso Joan. 3. v. 19. Non potest Filius à se facere quidquam , nisi quod viderit Patrem facientem , ergo si non potest à se facere quidquam , nec est æqualis & naturâ Deus consubstantialis Patri .

3^o. Ille qui mittit aliquem , major est illō , qui mittitur ab alio , sed Filius est missus à Patre , ut testatur de scipso Christus apud Joan. 6. 3. v. 17. Misit Deus Filium suum in mundum &c. s. v. 23. Qui non honorificat Filium , non honorificat Patrem , qui misit illum : & alibi s̄p̄. ergo Filius est minor Patre , nec consequenter in natura Deus æqualis , & consubstantialis Patri .

4^o. Christus Luc. 18. v. 19. Redarguit Principe interrogatoriè Illum Bonum appellantem , dicens : quid me dicas bonum ? nemo bonus nisi solus Deus : ergo ipse non agnovit se esse naturâ Deum consubstantialem Patri , & sic vera manet adhuc professio mea unitaria de Christo , saltē ex his rationibus .

46^o. *Pacificus.* Aliam adhuc tibi pro principiis unit-

universalis subjicio regulam generalem meæ professio-
nis Theologorum, ad tuos hujusmodi scrupulos
solvendos, videlicet: opera Trinitatis Divinæ Pa-
tris, & Filii, & Spiritus Sancti ad extra esse com-
munia, & indivisa, adeò quidē, ut secundum meæ
professionis Theologos nihil possit Pater in rebus
creatis ad extra creare, aut conservare, quod si-
mul non creet, conservet & Filius, ac Spiritus san-
ctus, & hoc quidem ob unitatem essentiæ, & uni-
tatem virtutis operativæ, quæ in omnibus eadem
unicissima, & indivisibilis est. Hinc ad 2dum R^edeo:
Xti testimonium intelligi de semetipso dictum: ju-
xta hanc regulam Theologorum meæ Professionis:
quod nihil aliud intendit significare Xitus, quam
quod Ipse, ut Filius Patris æterni, nihil possit opera-
ri ad extra sine Patre, sicut non potest quidquam &
Pater operari ad extra, quod simul non operetur
& Filius, teste ipsomet Xto Joan. 5. v. 19. & pro-
xime hic sub n. 43. citato.

Ad 3tium. *Distinguo maj.* Ille qui mittit, est ma-
jor illō, qui mittitur per imperium vel consilium
C. mai. qui mittitur ab alio solū per originem phy-
sicam, & ad terminum, in quo antea fuit *N. mai.*
Dist. pariter *min.* sed Filius est missus per imperium,
vel consilium *N. min.* per originem physicam, & ad
terminum, in quo antea semper erat *C. min.* & *N..*
Simpliciter *Con.* Ratio meæ distinctionis est: quia
certissimum est, quod ille, qui mittitur per impe-
rium, vel consilium sit omnino minor mittente, Is
enim est minoris Authoritatis, quam, qui impe-
rat, vel minoris sapientie, quam qui consulit: At
verò,

verò , qui tantūm per originem physicam mittitur ,
 & ad terminum , in quo & ante missionem erat , li-
 cèt non illō novō modō , nullatenus est minor mit-
 tente ; & hæc quidem missio Personis Divinis con-
 venit ratione originis , seu processionis unig. & alio:
Missio quidē sola *activa* Patri , cùm ipse non habeat
 originē sui : *Missio* autē *passiva* Filio , & Spiritui S: in
 quantū habet originē sui , Filio à solo Patre per In-
 tellectū , Spiritus S: autem à Patre , & Filio , pér Vo-
 luntatem : Et hinc dicitur mitti Filius , non secundūm
 īparem potestatem , ut inquit Aug. lib. 4. de Trini-
 tate c. 20. vel secundūm Substantiam , vel aliquid , quod
 Deo Patri non sit aquale , sed secundūm id , quod Filius
 à Patre est , non Pater à Filio : dicitur inqūam
 mitti à Patre in ordine ad aliquem terminū , ut in
 illo vel simplicitet , vel novō modō existat : sic novō
 modō exsistit in mundo , in quo jam antea erat , dum
 in illo incepit esse Unitivę , videlicet pér assumptio-
 nem naturę humanę , & homo factus est : Incepit
 esse simpliciter , in quantū humanitas assumpta , quę
 erat unita Verbo , seu Filio , illi suas denominatio-
 nes per communicationem Idiomatum (Quę apud
 Theologos Catholicos nihil aliud significat , quam
 mutuam prædicationem proprietatum , & attri-
 butorum Naturę Divinę , & Humanę , in
 Xto unitarum) communicat : similiter Spiritus S.
 dicitur missus à Patre , & Filio in Apostolos , in
 quantum in illis incepit esse per nova Dona , & cha-
 rismata , in cordibus ipsorum diffusa . In hoc ergo
 distinctionis , & explicationis sensu intellige textus
 de Missione contra me allatos , ac proinde nihil eos

favere pro tua professione firmando.

Ad 4^{thm} dico : Christum hoc dixisse increpando , & redarguendo incredulitatem Principis , quasi dixisset : cùm me non credas Deū , cur me dicis bonū ? cùm solus Deus sit bonus , nihil itaque & his adversum me evincis argumentis , nec firmas , quin potius infirmas tuam professionem ; alia igitur adducito , si habes .

Eunomius. Non mihi quidem adeò fundatum modò occurrit , quō infirmem hæc tua responsa , ast alia , mēz professioni plurimūm faventia , plura occurrunt , quibus ostendo veritatem mēz professionis unitariæ : & quidem .

5th. Si per illud Joā. 10: *Ego & Pater unus sumus* , intelligeretur unitas naturæ Dei Patris , & Filii , & non sola concordia voluntatis , tunc etiam Apostoli debebant esse *unum naturā* , cùm comparativè ad Se , & ad Patrem , oret pro suis , dicens : Joa. 17.v: 11. *Pater Sende serua eos in nomine tuo , quos dedisti mihi , ut sint unum , sicut & Nos* . atqui Apostoli non sunt unum naturā , sed tantum in concordia voluntatū , & pro hac orâsse , rationabiliter concludim⁹ , Christū , cùm eorum natura eadem esse nequirit , ergo & Filius est solum idem cum Patre in concordia voluntatū , & non in natura , ut & ipse Xtus sati videtur innuere hanc concordiam voluntatis suæ cum Patris voluntate Joan. 8.v. 29. *Ego quæ placita sum ei : facio semper* .

47 6th. Quod & confirmo prius argumentū : Joannes Christi præ cæteris dilectissimus Discipulus in sua Epistola 1. c. 5. v. 7. & 8. non secus dicit de spiritu ,

ritu , aqua , & Sangvine , unum sunt : quām de Pa-
tre , Verbo , & Spiritu S: dicens : Tres sunt , qui Te-
stimonium dant in cœlo : Pater . Verbum , & Spiritus S:
& hi tres unum sunt : Et Tres sunt , qui testimonium dant
in terra , Spiritus , Aqua , & Sanguis : & hi tres unum
sunt , atqui Spiritus , aqua , & Sanguis non sunt uero
naturā numerō , imo nec specie , ergo nec Pater ,
Verbum , & Spiritus S: sunt unum numerō natu-
rā , sed solā concordiā voluntatum .

48. 7mo. Christus rationem afferens , cur Filius
Dei esset ? non aliam acculit , quām sanctificatio-
nem , & missionem Joan. 10. v. 34. ubi cūm ipsum
Iudei lapidare vellent , eò , quod se Deum , ac Fili-
um Dei fecisset , explicat , & ostendit , se esse verè
Filium Dei per gratiam , dicens eis : Nonne scriptum
est in lege vestra , Psal. videlicet 81. v. 6. Ego dixi , Dixi
estis ? Si illos dixit Deus , ad quos sermo Dei factus est , &
non potest solvi scriptura ; quem Pater sanctificavit , ex-
misit in mundum , vos dicitis , quia blasphemas : quia di-
xi , Filius Dei sum ; atqui missio & sanctificatio non
probant Xcum esse verum in natura Deum , sed ad
summum per gratiam , ergo Xtus non est verus in
natura Deus consubstantialis Patris .

49. 8vo. Ipse Doctor gentium 1. ad Cor. 8. scri-
bens Corinthiis , de repudiandis fictis , & falsis gen-
tilium Diis , & Idolis : ait v. 6. Nobis tamen unus De-
us , Pater , ex qua omnia , & nos in illo , & unus De-
minus Jesus Christus , per quem omnia , & nos per ipsum ,
atqui his Apostolus clare ostendit solum Patrem es-
se naturā Deum , & Filium tantū à Patre Deum ,
aut Dominum constitutum super creaturas : ergo

solus Pater est naturā Deus, & Filius non nisi per gratiam dicendus est Deus.

Confirmat Petrus Apostolus hunc Pauli de Xsto sensum Act. 2. v. 36. Certissimē sciat ergo omnis Damus Israel, quia & Dominum eum, & Xstum fecit Deus, Hunc Jesum, quem vos crucifixistis, ergo Xstus Filius Dei, non est naturā, sed tantūm gratiā factus Deus,

go Pacificus, fateor multū favere apparenter tuę professioni textus scripturæ contra me allatos, re ipsa tamen, si attentè consideres illorum contextus, non modò favere, quin potius evertere professionem tuam ipse unā tuis fateberis: ut ergo hoc factò tibi eveniat, scrupulos tuos solvo distinctè per partes: & quidem.

Ad sc̄um Redeo imò indirectè, si hoc tuum argumentum aliquid pro te concluderet, sequeretur à paritate textus scripturæ & rationis, neque Patrem esse infinitè Misericordem: quandoquidem ipse Christus hortetur Iuos discipulos. Luc. 6. v. 36. *Estate Misericordes*, sicut & Pater vester misericors est, neque esse infinitè perfectum: cùm Matth. 5. v. 48. eosdem hortetur, *Estate ergo vos perfecti*, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est: atqui Apostoli neque infinitè misericordes, neque infinitè perfecti esse poterant, ergo nec Pater est infinitè Misericors, & infinitè perfectus. Negas has sequelas, ut Christianè, & de se supono, Amice Eunomi; nego & ego tuas ex Joan. 10. & 17. deductas sequelas.

Redeo. 2dō. equidem indirectè, si per illos ex Joanne textus citatos, intelligeretur sola concordia

dia voluntatis Christi cum voluntate Patris, & noⁿ
 unitate naturæ, tunc & quæ homines justi, in fide
 & Charitate per gratiam Deo conjuncti, ac Angeli in felicitate perleverantes, possent dici, *unum &*
æquale, cum Patre, illi in Patre, & Pater in illis,
 sicut Christus de se testatur Joan. 10. v. 38. &
 alibi, *later in me est, & ego in Patre*: negas & has se-
 quelas cùm nullib[us] fundamentum hujusmodi dictio-
 nis aut sensu legere sit in scriptura, nego & ego
 quam iræ allatam sequelam ob paritatem rationis.

Redo 3:io. & directè juxta Regulam generalem
 professionis meæ pro Xsto ex meis Theologis Ca-
 tholici, suprà sub 43. tibi assignatam: Christus,
 dñi ita râset Patri, non rogavit eum ut Deg, ut tra-
 lis enim non poterat rogare Patri; supplicatio enim
 ad alteum ab aliquo facta, arguit sui inferiorita-
 tem, & alterius superioritatem, quæ in Christo,
 seu Filio, & Patre Divinis nulla est, cùm sit æqua-
 lis & consubstantialis Patri in Divinitate: Oravit
 ergo Christus Patrem pro Discipulis, quatenus
 homo, it & illi essent concordes invicem, sicut &
 ille ut homo concors est cum Patre. At cùm Joannis
 10 dixit: *Ego & Pater unum sumus*. verè ostendit se
 esse unum in natura cum Patre, & ideo volebant
 eum lapidare Judæi, & nisi hanc unitatem in na-
 tura intelexisserint & ipsi Judæi, ineptè & absque
 ratione lapidare intendisset, cùm ipsi optimè
 nôrint, onnes Sanctos, & Justos ad tales uni-
 tam, seu concordiam voluntatum cum volunta-
 te Divina sse conformare. Et ideo interrogantibus
 incredulis Plarisatis, respondit ibidem v 25. *Iaq[uies]*

vobis & non creditis, opera, qua ego facio in nomine Patris mei, hac testimonium perhibens de me: & iudicat: Ego & Pater unus sumus: ubi, si tantummodo intendisset persuadere illis concordiam voluntatis suae cum voluntate Patris: nequaquam affirmasset de se infra v. 38. quia Pater in me est, & ego in Patre, nec se Patri aequaliter dixisset hic, & alibi, ut Joan. 5. v. 19. quaecunque fecerit Pater, haec & filius similiter facit. per cons. (ut evidenter claret ex his Christi de se testimoniis) per illud ex Joan. 10. v. 30 allatum intellexit se Christus unum esse in naturam Patrem per ly unum, & per ly sumus distinctionem a Patre in Personalitate, testimibus Ss. Hilarone, Chrysostomo, & Augustino, lib. de Trinitate.

51. Ad 6^{um}. R^{et}o. teste Bellarmino lib 1 c. 6. de Xsto: In Bibliis græcis de Patre, Verbo, & Spiritu hoc modo habetur: & hi tres unum sunt: de spiritu autem, aqua, & sanguine, hoc modo & h[ic] tres in unum sunt: id est: in unum sunt testimonium, videlicet, ad probandam naturam humanam Christi, sicut illi tres unum sunt in Natura Divina: ex quo aperte vides, non esse unum naturam spiritum, aquam, & sanguinem, sed solum conspiare in unum testimonium, ad probandam Christi humanitatem: ibi enim ut pater ex tota ejus Epistola, vult ostendere Joannes, Christum esse verum in naura Deum, & verum in natura hominē, & idcirco adserit testimonia Divina simul & Humana, nec enim cum ait: Tres sunt qui testimonium dant in celo, per ly in celo, intelligit locum celestem, sed testimonii qualitatem: nam etiam Angeli sua in celo, &

& cœstimonij de Xto non semel dederunt, & ta-
men tres tantum testes in cœlo ponit Joannes: Pa-
trem videlicet, Verbum, & Spiritum S: Itaque per
tres testes, qui sunt in cœlo, intelliguntur testes
Divini, ut distingvantur à testibus humanis & cre-
atis, quibus vult probare divinitatem Xsti, & ideo
paulò post ait: *Si testimonium hominum accipimus,*
~~testimonium Dei non agemus est.~~ sicut igitur spiritus, aqua &
sangvis sunt testimonia terrena, & comprobârunt
veram Xsti humanitatem, quando nimis in mor-
te sua spiritum suum Patri commendavit, spiritus
ex ore ipsius, ex latere aqua, & sanguis fluxerunt:
ita quoque Pater, Verbum, & Spiritus S:
sunt Personæ Divinæ, & testimonium perhibuerunt
de vera Xsti Divinitate, tum in Baptismo: quan-
do nimis Pater publica voce de cœlo proclamavit:
Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Mat.
3. v. 17. & Spiritus S: in columbae specie super ip-
sum descendit. Tum imminente passione, & morte
Xsti, Patre de cœlo clamante: *Et clarificavi, &*
asserem et clarificabo. Joan. 12. v. 28. Tum corā Tribu-
nali Judaico & Romano Filio palam contestante,
se Messiam, & Filium Dei esse. Matt. 26. v. 64.
Marc. 14. v. 62. Tum in Missione Spiritus S: die
Pentecostes, & deinceps in discipulos Xsti, & ali-
os fideles, Spiritus S: de cœlo in forma lingua-
rum ignitarum à Patre & Filio missus, toti mundo
notum fecit, Xcum esse Dei Filium, Messiam, &
Salvatorem Mundi. Enchare Eunomi tres testes
Cœlestes ac Divinos in unā hanc Veritatem, nempe
veram Xsti Divinitatem tam multipli, tam cer-
tū

tō, tam liquidō testimonō conspirantes.

52. Ad 7mum. Qdeo negando. mai. ex nulla enim fundata ratione dicere vales, ibi Xstum voluisse declarare, se solum esse Filium Dei per gratiam, & non per naturam: siquidem utatur ibidec, si attente consideres Xsti verba, argumentō à minori ad majus: sic enim argumentatur, Si juxta legem vestram Psalm 81. quæ solvi non potest, illi vocantur *Dii & Filii Excelſi omnes*, id est: Sancti, & Prophetæ, ad quos sermo Dei factus est, ideo quia ex verbo Dei tantum audito, & recepto erant per gratiam Sancti, & in filios Dei adoptati, quanto magis, ego sine blasphemia possum me Filium Dei, Deumque vocare, qui sum ipsum Verbum Dei æternum, Joan. I. quæ Pater non tantum alloquendo, aut tantummodo gratiam conferendo, sed gignendo ab æterno sanctificavit, ad quam generationem manifestandam misit in mundum. Quod autem hic per Sanctificari intellexerit Xstus, generari, patet tum ex suo de se testimonio Joan. §. v. 26. sicut Pater habet vitam in semet ipso, sic dedit & Filiō habere vitam in semet ipso. & Joan. 16. v. 15. omnia quæcumque habet Pater, mea sunt, &c. 17. v. 10. ubi sic loquitur Patri, mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Tum ex S. Aug. tract. 8. in Joan. dicente: sic sanctificavit quomodo genuit, ut enim Sanctus esset, gignendo ei dedit, quia Sanctorum eum genuit, atqui nec Xstus hæc de se, nec de eo Aug. posset affirmare, si esset Deus tantum per gratiam, in tempore, & per accidens: quia ergo hæc de se affirmat, hic per Sanctificationem, intelligit generationem sui

sui æternam , & per cons. ostendit Judæis , veram
 in natura lui Divinitatem consub: Patri: quam ut
 ipsis facilius persuaderet , subjungit v. 37. & 38. si
 non facio opera Patris mei , nolite crederemibi , si autem
 facio , & si mibi non vultis credere , operibus credite , ne
 cognoscatis & credatis , quia Pater in me est , & ego in Pa-
 tre . Quam mutuam inexistentiam Patris in Filio , &
 Filii in Patre (quæ apud Theologos meæ professio-
 nis appellatur circuminseSSio) non potes rationabili-
 ter intelligere aliter , quam in ipsa identitate natu-
 ræ Patris & Filii : nec potes recurrere ad Immensi-
 tatem Divinam , dicendo : Filium seu Xstum . esse
 in Patre tantum per Immensitatem : nam verum
 quidē est , quod hoc modō sit Deus in nobis & omnibus
 creaturis puris per immensitatem ; at nos & quævis
 alia Creatura pura , non est vicissim in ipso & ea-
 dem ratione , ergo si secundum tuam professionem
 unitariam amicè Eunomi , Xstus . naturâ est pura
 Creatura , nequaquam cum veritate poterat de se
 adeò frequenter & firmiter testari , se esse in Patre ,
 & vicissim Patrem esse in ipso , quia ergo adeò fir-
 miter repetitis etiam vicibus , hoc de se teste-
 tur , evidens est illum per hæc & alia hujusmodi vo-
 luisse ostendere unitatem & identitatem Naturæ
 suæ Divinæ cum natura Patris , & nullatenus Di-
 vinitatem suam extrinsecam seu per gratiam à Pat-
 re ipsi collatam , quam solam ponit professio tua in
 eo . Ecce rationes amicè Eunomi ob quas negare
 impulsus sum mai. tui argumenti ; jam ergo .

53. Ad 8vum. Rdeo imo. indirecte & retor-
 quendo argumentum : ut Apostolum reculisti con-

tra me, ibidem & citâsti hæc ejus formalia: *Et Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nes per ipsum.* ergo Pater non est Dominus, sed tantum Christus est Dominus: nam sicut dicit Apostolus, *Nobis unus est Deus Pater, ita dicit, Unus Dominus Jesus Christus,* ergo si per prima Apostoli verba excludis Divinitatem à Filio, debes similiter excludere à Patre Dominationem, seu negare esse Dominum: at ut bene de te suppono propter ultima verba Apostoli, non excludis dominationem & rationem Domini à Patre, ergo neque à Filio Divinitatem excludere debes.

Adverte ergo, quod sicut Christus non est Dominus cum exclusione Patris, ita neque Pater est Deus cum exclusione Christi, sed cum exclusione falsorum Deorum, ut inserviant contextus Apostoli praecedentes & subsequentes in eodem cap. Epist. & hinc.

R^edeo 2d^o. directè: Ibi Apostolum loqui de multiplicibus gentilium Diis, idolis, ac Dominis, quos instar Deorum venerabantur, & in horum detestationem dixerit: *Nobis tamen unus est Deus Pater, ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia.* Quin imò si attentè consideres verba Apostoli, clare deprehendes comprobatam Christi cum Patre consubstantialem Divinitatem ex his terminis: *Ex quo omnia, id est à Patre, & per quem omnia id est per Iesum Christum,* nam ex quo omnia, & per quæ omnia facta sunt, est verè naturæ Deus, & Dominus supremus omnium, atqui ex verbis Apostoli, ex Patre omnia, & per Christum omnia facta sunt, ergo tam

tam Pater est naturā Deus & Dominus quām Filius
est verē naturā Dominus & Deus.

Ad Confirmationem hujus tui argumenti ex Act. 2. v. 36, allatam R̄deo. Dicturn illud Petri Apostoli de Xto: *Imo.* posse intelligi secundūm suprà assignatam Theologorum mēz professionis Regulam generalē sub n. 43. videlicet de humanitate Xsti: secundūm quam ab instanti suā Conceptiōnis fecit eum Cœli & terræ Dominum, unxit eum in Regem, fecitque eum Xtum, seu Mesiā & Salvatorem mundi, cùm secundūm humanitatem ē Virginis utero assumptā hanc Regiam dignitatē, & potestatem non habuerit. *2dō.* posse etiam intelligi de sua Divinitate consub: cum Patre absque omni inconvenienti sequela: videlicet, quod Eſi Pater fecerit Dominum, non per aliquam gratiam, sed per generationem æternam, quā eum genuit ab æterno, juxta illud Psalm. 109. v. 4. *Ex ætero anto Luciferum genui te,* ac illud Isa: 66. v. 9. *nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam?* dicit dominus, si ego, qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero? & sic nechac, tibi confirmatione visa, firmâsti, verūm infirmâsti tuam professionem.

Eunomius. Hæc ita sint licet, minimè tamen contentâsti solutione tua ad 8vum meum argumentum data; ac proinde contra eam insto, & sic oppono.

§4. Xtus. Joan. 17. v. 3. alloquens Patrem; sic ait: *Hoc est vita æterna, ut cognoscant Te solum verum Deum,* ergo censet Xtus ipsem et solum Patrem esse Deum cum exclusione cujuslibet, per consig-

cons. Xc^{us} non est naturâ verus Deus consub : Patri. probatur cons. à pari : Nam si tu amice Pacificè alloquens modernū tuū supremum in spirituālibus Dominum à te Papam nuncupatum, Benedictum 14 *tum.* dicerēs : *Hac est veritas ut fideles, cognoscant, Te solum Papam,* certè omnium iudicio quemlibet excluderes à Papatu, ergo à pari, quia X^clus alloquens Patrem, ei ait. *Hac est vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum,* excludit quilibet à vera Divinitate, ac etiā X^clus se ipsum.

Pacificus. Sat fortiter fateor te instare apparen-ter : at quia scholasticis panis ferè quotidianus est, instantias, instantiis, paritates disparitatibus elude-re, cum his & ego in altioribus aliquantis per ad mi-nūs versatus : Resp. Negando cons. tui assumpti : cuius probationis C. A. negando pariter Cons. & as-signo *disparitatem*, hanc videlicet : Quod cum scia-mus Papale ministerium pro nunc soli Benedicto XIV. competere, facile inferimus, ly *solum*, ex-cludere à Papatu : è contrà verò, cum nobis aliun-de constet, Deitate etiam Filio, & Spiritui S. com-petere, statim colligimus ly *solum* non excludere Fi-lium, & Spiritū S. sed tantùm illos quibus non com-picit Divinitas, aut non nisi falsos Deos : Præterea subjugit X^clus immediate, & quidem copularivè eum Patre, *Et quem misisti Jesum Xc^{um},* ergo censem scipsum etiam includere.

55. *Eunomius.* Hoc ipsum tuum ultimum respon-su n pro me servit, nam postquam X^clus dixi-sset Pa ri, ut cognoscant te *solum* Deum, subdit, & Je-sum X^cum, ergo supponit Jesum non esse Deum, sicque

sicque responsum tuum infirmâsti ultimis his dictis.

Pacificus. Id omnino contigisset, si & ego te unâ unam tantum in Xto naturam, támque purè humanam concederem; & ad hanc solam ostendendam in se, & aliam nempe Divinam à se excludendam, subjecisset Xcūs relata verba: & *Jesum Christum*: at quia contrarium constat ex ipsis terminis, & connexione verborum; ideo nego Conseq. Non enim addidit Xcūs, ut ostendat se *Jesum*, non esse verum in natura Deum; sed ut insinuet se esse etiam aliud præter Deū, videlicet hominem: quod utrumque est Professionis, & Fidei meæ Catholicæ objectum: ergo à contrario tuæ contra me illatæ consequentiae, supponit se esse etiam verum Deum naturâ consubstantialem Patri; cùm sine ullo alio addito dicat copulativè cum Patre: ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti *Iesum Christum*. Ex quo & aliis tuis pro professione tua de Xto allatis argumentis ex scriptura, ac eorum auditis solutionibus, vides chare Eunomi te iis professionem tuam infirmasse, & meam omnium sanò judicio firmasse, & amplius stabiliisse videris: vel enim contentus es datis meis solutionibus, vel non? si ita: certò ruat tua professio de Xco: si non: urge amplius & replica, everte meas solutiones, audiam solitō *Pacificus* & Iubens.

Eunomius. Replicis meis si quæ mihi occurrerunt, adversus solutiones, novas iis replicas, & solutiones replicasti, quibus me convictum, professionemque meam velut admodum exiguis (ut ex his factō experior) innixam fundementis à te penitus

eversam, nolens, volens ultrò, citróque fateri cogor: Ast aliquæ adhuc mihi supersunt Amice Pacifice rationes naturales Philosophico-Theologicæ, quibus utù plurimùm innititur de Xco professio mea Unitaria.

Pacificas. Fides quidem & Articuli fidei salvificæ (cujusmodi est & isthic de Xco) ut & tibi notum esse non dubito ad minus ex illo Apostoli 2. Cor. 10. v. 5. suprà ad initium nostri discursus citati, non innititur rationibus naturalibus, & philosophicis, sed revelationi Divinæ, propter auctoritatem, & veracitatem Dei loquentis vel immediate per semet ipsum, vel per scripturam. Ne tamen me insolitus inurbanum reputaveris, en pareo peritis tuis! audiām & illas, & quænam illæ sint? edisse palam.

Ennomius. Varias cum à meis Pastoribus, cum à Scholaribus Magistris audii rationes naturales, contra Divinitatem Xci, & Trinitatem Personarū, quibus firmiter innixa professio nostra Unitaria, ejurat veram in natura Divinitatem è Xco, ac Trinitatem Personarum è Deo; quatum, quia aliquæ rudes nonnisi plebejas mentes evincunt, nihil refert meminisse, alias tamen, quæ & mihi jam dudum incusserunt scrupulos, veniat tuus oppositam, sūntque sequentes.

R.A-



RATIONES THEOLOGICO-NATURALES PROFESSIONIS UNITARIÆ CONTRA VERAM IN NATURA DIVINITATEM CHRISTI:

96. *Ima est*: Qui non gignit, nec gignitur, nec procedit, non est verus Deus, sed unus Deus in essentia, non gignit, nec gignitur, nec procedit ergo unus Deus in essentia non est verus Deus: *subsumo*; atqui Pater, Filius, & Spiritus S: secundum te chare Pacifice sunt verus Deus, ergo non sunt unus Deus in essentia. *maj. patet.* Nam nullus est Deus præter Patrem, Filium, & Spiritum S: sed Pater gignit, Filius gignitur, Spiritus S: autem procedit, ergo qui non gignit &c. *min. vero probatur.* Nihil aliud est Deus in essentia, quam ipsa essentia communis tribus, atqui essentia secundum professionis Catholicæ Theologos nec generat, nec generatur, nec procedit, ergo unus Deus in essentia nec gignit &c. per consequens Pater, Filius, & Spiritus S: non sunt unus verus Deus.

Pacificus. Sat intricatum est argumentum, & sophisticum in fallacia accidentis, simile huic: Homo est species, sed Petrus est homo, ergo Petrus est species: *Respondeo* nihilominus, & clarifico argumentum, *Diss. maj.* qui non gignit, nec gignitur, nec procedit, non est verus Deus, si ly Deus sumatur pro Persona Divina in communi, seu pro natura & persona C. *maj.* si ly Deus sumatur pro sola natura, seu essentia, tunc is qui non gignit: non est verus Deus N. *maj.* Nam ex hoc solùm sequitur

hoc: quod essentia non sit persona Divina formaliter, quod certissimum est apud me professionis Theologos; non sequitur autem essentiam non esse verum Deum, quæ nec generat, nec generatur, *Dicit.* etiam *min.* sed unus Deus nec gignit, nec gignitur, nec procedit, ly unus Deus sumptus pro Personis in communi *N. min.* ly unus Deus pro essentiâ præcisè *C. min.* & *N.* simpliciter *Cons.* Ratio distinctionis & negationis primæ partis *min.* est: quia verum est dicere, unus Deus in essentia gignit, gignitur, & procedit: Nam ille unus Deus est Pater qui gignit, est Filius qui gignitur, est Spiritus S. qui procedit. Subsumptæ *min.* cons. pariter *dicit.* ergo Pater, Filius, & Spiritus S. non sunt unus Deus in essentia, ly *Deus* sumendo præcisè pro essentia cum exclusione personarum *C.* ly *Deus*. Sumendo & pro natura seu essentia, ac persona simul *N. cons. Pater enim*, Filius, & Spiritus S. non significant solam Naturam seu essentiam, & solam Divinitatem, sed simul etiam Personalitatem, seu Relationem Paternitatis, Filiationis, Spirationis passivæ: quarum respectu, Patri convenit generare, Filio generari, Spiritui S. procedere; quia hæ relationes distinguuntur secundum Theologos Scotitas formaliter ex natura rei ab essentia sibi identificata, & secundum alios ratione ad minus ratiocinata, ob quam distinctione Personis convenit generatio, spiratio activa, passiva, licet non conveniat essentiæ. Probatonem *min.* pariter *Dicit.* & *N.* ultimam *Cons.* ob jam datam rationem prioris distinctionis. Ecce Eunomi clara solutio tuæ intricatae argumentationis.

57. *Eunomius.* Secunda ratio mea optimè concludens contra æternam Divinitatem Xsti est hæc : Filius generatur à Patre , ergo Pater debet esse prior Filiō . Probatur *Cons.* non potest generari Fili⁹ , antequā nōn sit Pater , ergo Pater est prior Filiō ; per consequēns , si Pater est prior , Filius nōn erit æternus , & consubstantialis Patri , cùm in æternitate non detur prioritas aut posterioritas.

Pæcificus. Ut breviter te expediam . R̄deo disting-
vendo *Cons.* ergo Pater est prior *origine* Filio C. est pri-
or *tempore* & *duratione N.* *Cons.* cuius probationem
pariter Dist. non potest generari Filius , antequā am
non sit Pater , prioritate originis , & Naturæ C.
antequām non sit prioritate temporis & durationis
N. *Ans.* & *Cons.* cum illatis , sub eadem distinctione ;
Ex eo enim , quod Pater Filium à se genitum non
præcedat tempore , non sequitur , Filium nōn esse
æternum & consubstantiale Patri : ad hoc enim
non necessariò requiritur prioritas temporis , sed
sufficit sola originis & naturæ. Exemplum enim hu-
jusmodi videmus & ipsi in rebus creatis : Nonne
Eunomi , à Sole est lumen ab eo derivatum , ab igne
suus calor ? attamen nec Sol , nec Ignis sunt his pri-
ores tempore , nisi solā prioritate naturæ ; ita ergo
ratiocinare & de Patre , ac Filio Divino ; qui licet sic
à Patre , non sequitur tamen , quod Eum Pater
præcedat tempore , sed solū origine. Nec exinde
Filius propriè dicitur habere initium sui esse ,
& durationis ; solū enim genitum in tem-

pore habet initium sui esse: Filius autem cùm sit ab æterno genitus, habet solum principium à quo generatur secundum esse, & durationem æternam, videlicet: Patrem per intellectum, seu intellectionem non essentialem communem omnibus tribus Personis, sed per Notionalem propriam soli Patri generanti Filium.

58. *Eunomius.* 3ta ratio mea est sequens: Deus est ens à se, atqui Filius non est à se sed à Patre secundum jam tua dicta, ergo Filius non est Deus consubstantialis Patri, cùm non sit à se. Nec refere quidquam, etsi dicas: Deum esse omnino ens à se secundum naturam, non tamen secundum personam, præter personam Patris: non inquam refertur natura Filii eadem est realiter cum sua personalitate seu filiatione, ergo si Filius est, & generatur à Patre secundum esse personæ, generatur etiā secundum esse naturæ, per consequens non est natura Deus, cùm nec secundum naturam, nec secundum personam sit ens à se, cuiusmodi est verus in natura Deus.

Pacificus. Prævenisti me solutione ad rationem tuam danda, adeoque contra hanc propositi tui Enthymematis Dis. Ant. Natura Divina Filii eadem est realiter cum sua personalitate inad equatè. C. ad equatè N. A. & Cons. cum reliquis illatis. Ratio meæ distinctionis est: Nam certissimum est, naturam Filii (idem est de Patre, & Spiritu S.) esse eandem realiter cum sua personalitate; at hoc tantum inad equatè, non verò ad equatè: cum natura Divina, non tantum sit Filius, sed etiam Pater, ac Spiritus S.

Sicquo

Sicque non sequitur, quod si persona Filii generatur, generetur etiam natura Filii.

59 *Eunomius*. Optimè pro me respondisti amice Pacifico: Ex concessis: Natura Divina Filii est inadäquatè eadem cum sua personalitate, seu cum Filiatione, ergo in quantum inadäquatè est eadem natura ejus Divina cum sua personalitate, sequitur adhuc evidenter, quod si persona Filii generatur, etiam natura ejus Divina utpote eadem cum Filiatione inadäquatè generari debeat; Iesus enim nec inadäquatè esset eadem cum Filiatione.

Pacificus. Hoc jam purè Philosophico-Theologicum est, ac proinde & ego Philosophico-Theologicè Rdeo. Conced. concessa, & Diff. Cons. Sequitur quod si persona Filii generatur, generetur etiam natura Filii, in quantum est persona, seu generatur generatione personæ C. Cons. sequitur, quod etiam generetur natura Filii, in quantum est natura seu generatione naturæ N. Cons. Non capis forsitan distinctionem Eunomi? Ecce instantia, & manifestum hujus næxæ distinctionis vestigium in *Justitia*, & *Misericordia Divina*? Nonne *Justitia*, & *Misericordia* sunt eadem realiter in Deo? id certò affirmare debes, cùm sint prædicata Dei absoluta, quæ in Deo omnia sunt idem realiter: attamen nonne *Justitia* punit? *Misericordia* non punit, sed miseretur? Unde hoc amice Eunomi? cùm tamen sint eadem realiter? quid aliud dicere poses, quam quod *Justitia* etiam misereatur in quantum realiter est *Misericordia*, non autem in quantum *Justitia* formaliter: & *Misericordia* puniat, in quantum est

realiter Justitia, non tamen in quantum formaliter est Misericordia: Pati modo igitur discurre & de Natura Divina, & Persona Filii, cum realiter easdem esse dixerimus sic videlicet: Natura Divina Filii eadem inadæquatè cum ejus personalitate generatur generatione personæ, seu in quantum persona est, non generatur autem generatione naturæ, seu in quantum natura est; ut talis enim nec generat, nec generatur, sed tantum est principium quo generationis activæ, & terminus quo generationis passivæ.

Eunomius. Huic plurimum fidebam argumento, quô & sperabam me tibi vicem pro vice reddendam, & vel hōc ad minus argumentō te convincendum; at quia & ex hoc adeò me eluseris, & instantiā tuā de justitia & Misericordia Dei allatā conviceris, ut nihil in contrarium dicendum habeam, ad ultimam confusio rationem professioni meæ de Xto plurimum faventem: Et est ultima pro conclusione hujus nostri Discursus: ut sequitur:

60. Omne productum dicit intrinsecè dependentiam ab alio, estque posterius eō, à quo producitur, si non tempore, certè saltē naturā, atqui verus in natura Deus, est enessentialiter independens & necessarium, & nulla re posterior, ergo quia Filius est productus, & à Patre in esse dependat, non verus in Natura Deus.

Pacificus. Tempus est, ut nostrum hunc de Xto præter intentionem protractum discursum mutuo consensu concludamus: quare & hunc tuum solvo scrupulum & ḡdgo Dīst: mai. Omne productum.

in creatis dicit intrinsecè dependentiam ab alio. C
mai. in Divinis N. *mai.* & suppositum consequen-
 tis; Ratio Distinctionis & negationis suppositi est:
 Quòd in creatis ideo Filius debeat dependere à
 patre, quia accipit aliam numero naturam ab illa,
 quam habet Pater: in Divinis autem, non est hu-
 jusmodi dependentia; quia eadem Natura, quæ
 ex se est essentialiter & implicititer independens,
 communicatur à Patre, Filio, idque naturaliter
 & necessariò: & hoc quidem ideo; quia Pater eo-
 dem modō Filium generat, quòd se intelligit, cùm
 illum generet se ipsum intelligendō, atqui se ipsum
 naturaliter, & necessariò intelligit, ergo & natu-
 raliter & necessariò generat Filium, & hōc modō
 communicat eidem eandem numerō indivisibilem
 naturam: Hinc nulla est inter Patrem & Filium
 ejusmodi essentialis dependentia, sed sola mutua
 relatio Patris ad Filium & Filii ad Patrem, absque ul-
 la dependentia in esse.

Tandem N. etiam 2ādam partem *Maj.*, uni-
 versaliter sumptam: videlicet, quòd omne pro-
 ductum sit posteriorē, à quo producitur: productio
 enim per se tantū requirit ordinem inter produ-
 centem & producēt, non verò prioritatem, ni-
 si in creatis, & hoc per accidens, ubi nova natura ex
 non esse deducitur ad esse: At inter Personas Di-
 vinas non potest esse ulla prioritas & posterioritas
 nisi sola originis; cùm nihil habeant istæ Personæ,
 nisi essentiam, & relationem, & essentia sit una,
 & eadem in omnibus tribus: relationes autem id
 requirant, ut sint simul Naturā, ergo licet Filius

producatur à Patre, quia tamen non accipit aliquod novum esse naturæ, nullò modò est dependens ab eo, nec Pater prior Filiò, nisi sola prioritate originis.

Ex his igitur tuis pro professione tua, & super his à me acceptis solutionib⁹, meisque pro professione de Xto quæst: præcedenti argumentis allatis, & à te insolutis, conclude; nū tua, nū mea professio de Xsti Divinitate sit vera, & salvifica? & quam ex his talem, sanò, & veracitati Divinæ per Scripturas allatas loquenti submissō tuò judiciō juxta Regulam ab Apostolo 2. ad Cor. 10. v. 5. præscriptam, & ad initium nostri Discursūs à me tibi insinuatam concluseris, eam amplectere: ne à Xsto, qui teste semetiplo Joan. 6. 14. v. 6. est via, veritas, & vita, cum irreparabili salutis tuæ jaætura, æternū excludaris, & æternis adjiciaris supliciis.

Eunomius. gratias tibi Amico Pacifice pro consilio, & præmonitione meæ salutis: huic ego propiciam; ac proinde æqua lance mea contra veram Xsti Salvatoris nostri Divinitatem, & tua pro ejus Vera in Natura Divinitate argumenta & rationes ponderabo: quia verò ab inicio nostri Discursūs ex te adverti: *Credere quoque veram in natura Divinitatem Spiritū S. ac Trinitatem personarum in Divinis (quæ utraque professio nostra Unitaria negat & detestatur) in adultis præcipue, & sufficientem rationis usum habentibus, esse articulū Fidei explicitè creditu necessarium necessitate medii ad salutem, ne aliquid saluti meæ desit, dissertamus & de his ad minus breviter, & si placet, sic pro complemento nostri discursūs.*

Quæ-

QUÆSTIO TERTIA.

NUM ETIAM SPIRITUS SANCTUS
SIT VERUS IN NATURA DEUS? DE-
TURQUE TRINITAS PERSO-
NARUM IN DIVINIS?

Pacificus. Hæc quidem utraque quæstio extra ti-
tulum nostri intitulati discursus, & materiam an-
nualem pro nunc ex professo traditam est, ut ra-
men in medio principaliori ad salutem necessario,
avidissimus tuæ quoque salutis, minimè desim, an-
nuo votis tuis, & de his pariter, at admodum pau-
cis expediendum suscipio pacificum & salutarem
discursum, proindeque absque omni ambage reso-
lutivè ad *manu questionis proposita partem* dico &

61. *Concluſio:* Ut Filius, ita quoque Spiritus S.
est æternus, ac verus in Natura Deus, consubstan-
tialis Patri & Filio. Hæc pariter est professio, & ve-
ritas mea Catholica, Primitivæ, ad hæc usque
tempora, & ad finem sæculi duraturæ veræ, &
universalis Ecclesiæ Christi inconcussa doctrina
& firma professio. Ut de vera Christi Divinitate, ita
sequè varia, & multiplicia extant scripturæ testi-
monia, & argumenta de vera Spiritus Sancti Divi-
nitate, quibus omissis brevitatis gratiâ, sequen-
tibus 7 argumentis ostendo conclusionem, & veritatem
meam Catholicam.

Imò Ille qui locutus est per David, & alios Pro-
phetas, qui creavit hominem, & qui fecit omnia,
verè est naturæ Deus, arqui hæc omnia verifi-
cantur de Spiritu S. ergo est verus naturæ Deus.

mai. innegabilis est, illa enim prædicata soli in na-
tura Deo competunt, min. verò probatur per par-
tes ex Scriptura: Nam Spiritum S. per Prophetas
locorum suis imo testatur Regius Propheta 2. Reg
c. 23. v. 2. & 3. Spiritus Domini locutus est per me,
& sermo eius per lingnam meam; dixit Deus Israel mibi,
locutus est fortis Israel, Dominater hominum. 2dō.
testatur Isaias præmittens multa de Domino exerci-
tuum, & ad ipsum loquente c. 6. v. 9. vade & di-
ces Populo huic, audite audientes, & nolite intelligere.
quæ verba Iaiae, Paulus Apostolus Act. 28. v. 25.
& 26. expressè testatur esse Spiritus S. dicens: be-
ne Spiritus S. locutus est per Isiam Prophetam ad Patres
nostros dicens: Vade ad populum istum &c. 3tio Zacha-
riæ Luc 1. v. 67. repletus Spiritu S. prope rauit dicens:
Benedictus Dominus Deus Israel &c. & statim v. 70. sub-
jungit: sicut locutus est per os Sanctorum, qui a seculo
sunt, Prophetarum eius. 4tio. Div. Petrus Apostolus
in sua Epist. 2. c. 1 v. 21. non enim inquit voluntate
humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritus S.
inspirati, locuti sunt Sancti Dei homines: ex quibus ve-
ra manet minor quoad tam partem, videlicet,
quod Spiritus S. locutus sit per Prophetas.

Prob: eadem min. quoad 2dā partē, quod nem-
pe Spiritus S. creaverit hominem, ex illo Job 33.
v. 4. Eliu ad Amicum suum Job dicente: Spiritus
Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis vivificavit me,
ergo vera est min. quoad hanc quoque partem.

Probatur eadem min. quoad 3tiam partem de
Omniscientia Spiritus S. ex illo Pauli 1mæ Cor.
2. v. 10. & seq. Spiritus enim omnia scrutatur etiam

profunda Dei, quis enim hominum scit, qua sunt homini-
nis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est? ita & qua Dei
sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei: vides Euno-
mi, quām manifestē ostendat Scriptura Spiritum S:
locutum fuisse per Prophetas, trāsse hominem,
& omniscium esse? quia ergo hæc prædicata soli in
Natura Deo propria, tribuit absolute Scriptura
Spiritui S. sequitur legitimè Spiritum S. 2dūm pro-
fessionem meam esse verum in Natura Deum con-
substantiale Patri & Filio.

62. 2dō Si Spiritus S: non esset naturā Deus con-
substantialis Patri & Filio, non copulasset Xstus in
suo mandato Apostolis dato Eū cū Patre & Filio, at-
qui sic copulavit absque ulla modificatione sui man-
dati, Matt. 28. v. 19. dicens eis: Euntes ergo, do-
cete omnes gentes, baptizantes eos in Nomine Patris &
Filiī, & Spiritus S. ergo est verè naturā Deus cum
Patre Filioque consubstantialis.

63. 3tō. Cui Ananias mentitus est volens deci-
pere Apostolos partē pretii agri venditi cum Sap-
phira uxore sua sibi retinens, ille est verus in natu-
ra Deus, atqui Ananias mentitus est Spiritui S. te-
ste Petro Apostolo, arguente Ananiam Act. 5. v. 3.
*Anania, cur tentavit Satanás cor tuum, mentiri te Spi-
ritui Sancto? non es mentitus hominibus, sed Deo.* ergo
Spiritus S. est verè natura Deus: vides enim,
qualiter redarguat Apostolus fraudulentum Anani-
am non hominibus mentitum sed Deo Spiritui S.
qui solus fecit etiam profunda Dei, à tortiori occul-
ta quæque hominum.

64. 4tō. Ex Symbolo Apostolorum, quod pñà
nobis

nobis Catholicis & vos profitemini , prout clares
ex professione vestra de Spiritu S. & Trinitate : &
Nos inquitis , eum Apostolis in Symbolo Apostolico tradita
explicatione , & claris S. Scriptura verbis contenti sumus :
(Cid est de Trinitate & baptismo , ut praemittitis) &
ab Apostolis in Symbolo manifestatur . Ex hoc inquam
symbolo : in quo simul de Spiritu S. hoc profitemur :
Credo in Spiritum S. sic argumentor : Si Spiritus S.
non est naturâ Deus , sed creatura , tunc non
poterant Apostoli , neque tu cum illis proficeri co-
dem modô de Spiritu S. quô de Patre & Filio , at-
qui in eodem Symbolo eodem modo profitentur de
Spiritu S. ac de Patre & Filio . Nam sicut profiten-
tur de Patre : Credo in Deum Patrem Omnipotentem - &
de Filio : & in Iesum Christum , Filium ejus unicum Do-
minum Nostrum . ita similiter profitentur & de Spi-
ritu S. dicentes . Credo in Spiritum S. ergo si Pater
adum omnes & Filius juxta probata sunt unus na-
turâ Deus , etiam Spiritus Sanctus est pariter na-
turâ Deus illis consubstantialis . mai. probatur :
quod naturâ est creatura & non Deus , potes qui-
dem ei eredere , eum credere , nequaquam tamen po-
tes recta ratione , & absque specie idolatriæ in
eum credere : nam credere in aliquem , Credere in Deum
idem significat : ac credo plena fide , spe , & cha-
ritate in eum , in Dominum Deum meum Creato-
rem , à quo omne bonum expecto & spero &c. &
ideo Christus dicebat suis Discipulis Joan. 14 v. 1. cre-
ditis in Deum , & in me credite : Patet hæc ratio &
ipsa veritas , ex ipsissimo Symbolo Apostolorum ,
in quo , ubi professionem suam faciant , de Patre
&

& Filio, ac Spiritu S. eodem modō loqvuntur de his solis tribus, *Credo in Deum Patrem Omnipotentem, & in Iesum Christum Filium ejus. &c. Credo in Spiritum S.* At immedietē descendentes ad creaturas, non amplius de iis eodem modo profitentur, *Credo in S: Ecclesiam, in SS: Communionem*, ut patet & ex ipsa rranslatione in nostrum idioma Hungaricum, sed sic de iis suam faciunt professionem, *Credo S: Ecclesiam, SS: Communionem &c.* eò quod in iis nec fidem, nec omnia simpliciter sperare, obtinerēque, neque pro Deo eos habere possint, ergo quia eodem modo profitentur Apostoli de Patre & Filio, & Spiritu S. & cū iis, nobisque unā profiteamini de Patre, Filio, & Spiritu S. & distinctō modō ab his tribus de aliis in Symbolo hoc clarē expressō, evi-dentissimum est ex sensu & professione Apostolorum Spiritum S. non esse ullatenus naturā creatu-rā, sed &quā naturā Deum, ac Pater, & Filius naturā secundūm probata Deus est.

65. 5^{ta}. In ipsa tua professione, ad initium no-stri discursūs sub n. 3. relata, de Spiritu S. hoc mo-do profitaris cum tuis: *Credimus inquitis Spiritum S. Dei Patris ejusmodi Dominum, virtutem, & digitum es-je*, qui à Patre procedit. Vel; ut in recenti vestra pro-fessione mihi à quodam iux Religionis Anonymo exhibita, profitemini: *Credimus in Spiritum Sanctum in Deo ab aeterno in omnem seculorum perennitatem per-manentem, & ab eo & Filio ejus manantem, vim esse Al-assisimi.* Ex qua Professione tua assumo imò hos ter-minos Virtutem, Digitum, & sic argumentor: Ex con-cressis & Professions tua: *Spiritus S. est Virtus, Vis,*
& dig-

& Digitus Dei Patris, ergo si Pater est naturâ Deus, & ab æterno, etiam Vis, & Virtus ejus nempe Spiritus S. est naturâ Deus, & ab æterno. Probatur *Consequentia 1^{ma}*. vel fuit Vis, & Virtus Dei Patris in Patre semper, & ab æterno, vel non? si fuit? ergo quia Pater semper est & ab æterno, etiam Spiritus S. semper est, & fuit ab æterno, cum ex professione tua Spiritus S. sit Vis, & Virtus, ac Digitus Dei. Si non fuit Vis, & Virtus Dei Patris semper, & ab æterno in Patre: ergo fuit aliquando Deus Pater inermis, sine viribus, virtute, omnipotencia, quod quid aliud significat, quam quod Deus Pater non semper fuerit Deus, non semper & ab æterno fuerit omnipotens; quod & tu ipse non christianum, sed athæisticum esse dixeris: quia ergo Spiritus S. tanquam Vis, & Virtus Dei Patris semper & ab æterno fuit in Patre, Spiritus S. semper fuit ab æterno, per consequens est Deus ab æterno: nam quid quid ab æterno est, illud æternum est, & quid quid æternum est, illud non creatura, sed vere Deus est.

Probatur 2^{do} *eadem consequentia*. Pater Divinus quid quid creavit, nonne per Virtutem suam creavit? hoc certè negare non potes: ergo si ex concessis Spiritus S. est Vis, & Virtus Patris Divini, Spiritus S. est pariter Creator, per consequens Deus æternus; Nam qui Creator est omnium, ille est vere naturâ Deus.

Affumo 2^{do} ultimos terminos professionis tue de Spiritu S. qui à Patre procedit, quod testatur & ipse Christus de eodem Joan. 15. v. 26. dicens:

Cum autem venerit Paraclitus , quem ego mittam vobis à Patre , Spiritum veritatis , qui à Patre procedit , ille testimonium perhibebit de me : vel ut modo ponitis in vestra professione . Credimus Spiritum S. in Deo ab aeterno -- & ab Eo & Filio ejus manantem : & ex his sic argumentor .

66. 6tò. Vel Spiritus Sanctus qui secundum te est virtus & digitus Dei Patris , procedit à Patre ab aeterno , vel non ? si ita , ergo sicut Pater est ab aeterno , ita Spiritus S. est ab aeterno , & per consequens Deus : nam juxta proximè dicta , quidquid ab aeterno est , aeternum , & Deus est . Si non procedit ab aeterno à Patre : ergo iterum sequitur Patrem aliquando suisse sine sua vi , virtute , & potentia : & quomodo subsistet professio tua hæc recès , in qua profiteris : Credimus Spiritum S. in Deo ab aeterno &c. si non procedit ab aeterno , quomodo ergo ab aeterno est in Deo , & quomodo vis aeterna Altissimi ? It . m si non procedit ab eo ab aeterno : unde credis cum non procedere à Patre ab aeterno ? cum juxta professionem tuam aliqua ex parte etiam hic proximè n . 64. attac-
lam , nihil credas pro articulo fidei , quod in Scriptura S. aut Symbolo Apostolorum non invenitur : Assigna quælo amice Eunomi , aliquam sive novi , sive veteris testamenti Scripturam , sive ex Symbolo Apostolorum , ubi mentio haberetur de processione Spiritus S. à Patre in tempore , & non ab aeterno habita ? ecce habetur clara metio de ejus locutione per Prohperas , apparitione in specie columbas super Xstum à Joanne in Jordane Baptizatum , de ejus adventu in Apostolos linguis ignitis , omnibus .

bus his in tempore factis ; cur nullum in tempore factæ processionis suæ habetur vestigium in Scriptura ? præter hoc , quod testatur de eo Xstus apud Joan. h[ic] citatum . qui nempe à Patre procedit : cùm ergo Amice Eunomi nihil ex Scriptura , aut Symbolo Apostolico allegare queas de processione Spiritus S. à Patre in tempore facta , neque hoc , si te ipsa ita fuisset , à Xsto qui viam Dei & salutis in veritate docuit , testibus Pharisæis , neque à Spiritu S. qui teste Xsto h[ic] apud citatum Joan. Spiritus veritatis est , celatum supponamus Apostolis & Fidelibus , evidenter sequitur Xtum loqui de processione Spiritus S. à Patre ab æterno , & per consequens , cuam quoque professionem intelligi debere de æterna Spiritus S. à Patre processione : & si sic : sicut Pater est æternus verisque ab æterno Deus , ita quoque Spiritus S. est ab æterno , verisque æternus Deus.

67. 7mè. & ultimò : Vel est idem Spiritus Sanctus , qui (ut sub n. 65. insinuavi secundū recentissimam professionem tuæ unitariæ Religionis , à quopiam tuæ Religionis Anonymo , mihi articulatim scriptō exhibitam) est in Deo ab æterno , qui ab eo (id est Patre) & Filio ejus manat , qui est vis Altissimi : vel inquam hic Spiritus S. est ille , cuius obumbratione teste Angelo Luc. 1. Christus conceptus est ? vel non est idem Spiritus Sanctus ? si non est idem : ergo plures admittis Spiritus Sanctos : cuius ubi vestigium in Scriptura ? aut symbolo Apostolorum ? si est idem : ergo Spiritus S. debuit esse ante conceptionem Xci , cuius obumbratione conceptus est Chri-

Christus; cùm omnis causa debeat habere suum esse, dum operatur, ut lumen naturæ notum est; sed si Spiritus Sanctus habuit esse ante conceptionem Xti, ergo etiam Xtus habuit aliquod esse ante conceptionem: quod sic ostendo: Si Christus non haberet aliud esse, præter esse hominis conceptum ex obumbratione Spiritus Sancti, Spiritus S. non poterat procedere à Filio: quia à quo aliquid procedit, debet tunc habere aliquod esse reale; quando illud ab eo procedit, quod pariter patet rationi naturali; sed etiam secundum te idem Spiritus S. cùjus obumbratione conceptus est Christus; procedit & à Filio, ergo Xtus habuit aliquod esse præter esse hominis; atqui illud esse non est creatum, ergo increatum, & æternum, ac consubstantiale Patri: ergo sicut Xtus secundum hoc esse increatum; & æternum est natura Deus consubstantialis Patri, etiam Spiritus S. qui & secundum te, à Patre & Filio procedit; est natura Deus consubstantialis Patri & Filio.

Si alia petis testimonia scripturæ, pro Divinitate Spiritus Sancti, perscrutare scripturam, & plenam ferè reperies: pro quibus hæc pauca in specie añoto.

Psalm. 138. v7. *Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?*

Sap. 1. v7. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum.*

Matth. 12. v. 32. *Qui autem dixerit (intellige ex contextibus, verbum blasphemum) contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.*

Act. 13. v. 2. *Ait Spiritus S: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.* G Ibi-

Ibidem paulò infra v. 4. Et ipsi quidem missi à Spiritu Sancto abierunt Seleuciam.

Act. 15. v. 28. *Visum est enim Spiritui Sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis.*

Act. 20. v. 28. *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei.*

I. Ad Corint. 6. v. 11. *Justificati estis in Nominе Domini Jesu Christi, & in Spiritu D·i nostri.*

Ibidem v. 19. *An nescitis quoniam membra vestra semplum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est.*

I. Ad Corint. 12. v. 6. & seqq. *Idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus -- Hoc autem omnia operatur unus atq; idem Spiritus dividens singulis prout vult.*

Ecce Eunomi. Testimonia scripturæ, argumen-ta, & rationes pro vera, & æterna Divinitate Spir-itus S. consubstantiali cum Patre & Filio! quid ad hac?

68. *Eunomius.* Ffficacia attulisti, fateor argumēta pro concl: tua, quibus & maximè tuis me pressi-sti dilemmatibus: nec tamen omnem mihi viam præclusisse arbitreris: Rdeo textus illos, rationesque tuas intelligit tantum de solo Patre, ejus Spiritu, & virtute: aut Spiritum S. quidē esse Desi, qvi est Pater sínè ulla distinctione Personæ à Per-sona Patris.

Pacificus. Si relata de Spiritu Sancto, intelligas Amicē Eunomi de Spiritu, & virtute Patris, ad-huc insolutum manet argumentum meum propo-situm; quia Pater Divinus nunquam fuit sínè suo Spiritu, sínè sua Vi, & Virtute, ergo, quia Pater est ab æterno, verus in natura Deus, etiam Spi-ritus

ritus S: tanquam Spiritus, Vis, & Virtus Patris est ab æterno, & consequenter verus in natura Deus. Si verò zdō modō intelligas, contradicere videris suprà cit: Joan: 15 Christi testimonio, & tuæ propriæ professioni, in qua dicis de Spiritu S: qui à Patre procedit; vel ut modò ponitis: qui ab Eo, & Filio Ejus manat, atqui, qui procedit ab alio, distinquitur realiter ab illo, à quo procedit, vel manat, cùm sibi opponantur relativè, videlicet oppositione producentis, & producti, sic autem opposita idem omnino esse non possunt, ergo cùm Spiritus S: procedat à Patre, distinquitur zdūm Personam realiter à Patre. Hinc sicut certissimum est, & fidei nostræ firmus articulus, quod tam Fater, quam Filius, & Spiritus S: sint unus, & idem Deus in natura, eadem indivisibilis Essentia, & Divinitas, ita certum est has tres Personas realiter personaliter distingui; aliàs quomodo Eunomi: Tres, qui testimonium dant in Cœlo dicentur? si tam quoad Essentiam quam quoad Personam unum idemque sunt.

ARGUMENTA UNITARIÆ PROFES. SIONIS CONTRA DIVINITATEM SPI. RITÙS SANCTI PROPONUNTUR, ET SOLVUNTUR.

69. *Eunomius.* Audii tua argumenta, & rationes pro Divinitate vera ac æterna Spiritus Sancti. Nunc auditio & mea paucis contra eam, quibus firmiter inhæret professio mea.

Imò. Qui loquitur in Prophetis ex tuis contra me dictis, est Spiritus Sanctus: atqui Zach. 4. v. 1.

dicitur: *Reversus est Angelus, qui loquebatur in me, ergo vel qui loquitur, non est Deus, vel si ita, tunc & Angelus erit Deus, quod tamen horres: quia Christianus es.*

2dō. Joan. 1. v. 2. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, id est sine Verbo seu Filio. Simile habet Apostolus ad Coloss. 1. v. 15. & seqq. ergo etiam Spiritus S. per Verbum factus est, ut pote ly omnia & illum includens.*

70. 3tō. *Qui non habet scientiam à se, neque habet essentiam à se, per consequens nec est naturā Deus, sed Spiritum S. non habere scientiam à se, videatur manifestè testari Xcus Joan. 16. v. 13. dicens: Cūm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur à semet ipso, sed quis cunque audiet, loquetur. ergo quia videtur non habere scientiam à se, nec habet essentiam, sicque non est Deus.*

4tō. *Deus non petit & postulat nobis, sed dat, atqui ad Rom. 8. v. 26. ait Apost. Ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ergo Spiritus Sanctus non est naturā Deus.*

71. 5tō. *Apost. 1. ad Cor. 8. v. 6. præcisè & absque mentione Spiritus S. ait. Nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia -- & unus Dominus Jesus Christus per quem omnia, ergo quia neque de Divinitate, neque de ratione Dñi quidquam memorat Apostolus, sequitur Spiritum S. nec esse Deum, nec Dominum, adeoque esse tantum puram creaturam, aut eandem Personam Patris.*

Pacifcus. *Partim hæc jam soluta sunt quæstiones priori,*

priori, ne tamen aliquid à me insolucum dixeris,
solvo singula & quidem.

72. ad I^{mum}. R^edco hoc tuum argumentum
nihil officere meo contra te posito argumento: per
hunc enim textum Zachariæ, non plus significatur,
quam quod Spiritus S. locutus sit in Prophetis
etiam per Angelos: nequaquam autem hoc,
quod soli Angeli in Prophetis per se sine deputatio-
ne Spiritus S: fuerint locuti.

Ad 2dūm; æquè facilis Responsio: Textum illum
Joannis & Pauli intelligi debere, de instantiū omni-
bus, quæ facta, creataque sunt, non autem quæ
facta non sunt, prout nec Spiritus S: factus aut cre-
atus est: secuse enim, si ly omnia, omnia quæcun-
que sunt, includeret facta à Verbo, deberes inferre,
etiam Deum Patrem, factum esse per Verbū,
cum & Pater Divinus sit, quod quia non sequitur,
nec i^{mum} sequitur ob paritatem rationis.

73. ad 3^{tiūm}. Evidēt Cōn. mai. N. min. & di-
ctum illud Xsti dico intelligi, in hoc videlicet sensu:
quod loquetur Spiritus S: quæcunque audierit,
non per indigentia tanquam minū, doctus à docti-
ore, sed per communicationem Essentiæ, adeo-
que & scientiæ, quam à Patre & Filio accepit: qui-
bus ut patet, probat Spiritum S. processisse à Pa-
tre & Filio, sicut per illa quibus de se asserit, accepisse
omnia à Patre, innuit æternam suam genera-
tionem à Patre, ut proinde dicat Aug. cum aliis PP.
Patrem dedisse omnia Filio, præter esse Patrem, & Filiū
accepisse omnia à Patre, præter esse Patrem, ita Spi-
ritum S. accepisse omnia à Patre & Filio, præter esse Pa-
trem, & Filiū.

74. Ad 4^{um}. C. Mai. & explico textum Apostoli ex contextibus: Spiritum S. dici postulare pro nobis in hoc sensu: quod nos sua inspiratione faciat gemere, & adjuvare infirmitatem nostram, ut postulemus nobis necessaria, & salutaria, ut patet ex verbis suis præcedentibus. *Spiritus inquit: adjuvat infirmitatem nostram, nam quid oremus, si eut oportet, nestimus:* unde etiam ad Rom. 8. v. 15. ait: *In quo, scilicet adjuvante & excitante suis gratiis, clamamus: Abba (Pater.)*

Ad 5^{um}. Jam suprà sub n. 53. sat dictum est. Illo & ejusmodi scripturæ textibus, excludi plures Deos, non autem plures in eadem indivisibili Deitate Personas Divinas.

75. Exnomius. Audii solutiones tuas, quibus opponendum pro nunc non occurrit aliquid adeo te urgens; at adhuc pro conclusione nostri Discursus de Spiritu S. oppono hoc unicum argumentum.

6^{to} & ultimò: Deus nequit subesse hominibus & Prophetis, atqui juxta Apost. I. ad Corint. 14. v. 32. Spiritus S. secundum tua priora dicta, est *Spiritus Prophetarum, & subjectus Prophetis*, ergo Spiritus, cùm sit subjectus Prophetis, non est Deus.

Pacificus. Non erat operæ pretiū, hoc argumento protrahere discursum, facilis námque ad hoc R^sio: Neque enim unquam somniavi, taceo dixi Spiritum S. esse Spiritum Prophetarum intrinsecum & informativum, ut est anima hominis, sed tantum extrinsecum, & ut Causam, quæ per Prophetas, ut instrumenta annuntiationum futurorum, loquebatur: Hic autem textus Apostoli, ut

ex terminis pater, loquitur de proprio & informativo Spiritu, seu forma ipsorum Prophetarum; qui Spiritus humanus Prophetarum subjectus est Spiritui Divino, prophetanti per ipsum. Ecce Eunomi, & hujus, & reliquorum argumentorum tuorum contra Divinitatem Spiritus S: solutio! ex quibus ipse sis arbiter, quam levibus innotatur fundamentis professio tua de Spiritu S: suprà ex parte sub n. 3. attacta.

Ut proinde alteri quoque quæsito tuo de Trinitate Personarum exesse satisfaciā, paucis, nihil tamen ex necessariis omissurus, pariter ad secundam quæstionis propositæ partem conformiter ad priora, dico, &

76. Concludo. In eadem unica indivisibili Essentia, & Natura Divina, Tres dantur Personæ Divinæ Æternæ, identificatæ quidem realiter eidem indivisibili Naturæ, distinctæ nihilominus realiter personaliter à se invicem; Pater videlicet, Filius, & Spiritus S. unus in Natura Deus. Hæc pariter est veritas mea, & firmissimus articulus Professionis meæ Catholicæ: quem & nominamus, in eoque consistere dicimus, Trinitatis Mysterium.

77. Imò igitur sic ostendo ex Scriptura in unica indivisibili Natura Divina pluralitatem, seu Trinitatem Personarum, ex Gen. c. 1. v. 26. ubi ait ipse met Deus: *Faciamus (inquit) hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, cui & immediate subjungit: *Et creavit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, ad imaginem Dei creavit illum*: atqui si in Divinitate unica tantum esset Persona, eaque solius Patris, ut affirmas in professione tua, quomodo dixis-

*Set? Faciamus ad similitudinem nostram? an non ly Faciamus, & nostram pluralitatem quandam Personarum insinuet? aut si non significat pluralitatem Personarum, dic quæso Eunomi, lubens cuperem scire, cui nam dixerit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem nostram?* forsitan dices, Angelis? at hoc diceres contra clarum Scripturæ testimonium, non enim hominem creavit Deus *ad imaginem Angeli*, sed *ad imaginem Dei*; teste Scriptura: Et nonne per ly creavit Deus, & ly suam innuit Scriptura Unitatem Deitatis? ergo cùm ita absolute loquatur Scriptura, sequitur ex terminis, & modo loquendi Scripturæ, in una eadémque indivisibili Deitate non unā tantum, sed plures esse Personas.*

78. *Eunomius.* Nequaquam citatō, & ejusmodi textibus, ac loquendi modō Scripturæ, probas pluralitatem Personarum in Divinis: tantum enim significat, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram;* ac hoc, quod diceret nostra Augustissima Regina Hungariæ, & Princeps Transylvanicæ: *Nos Dei Gratia Maria Theresia Regina Hungarie, Princeps Transylvaniae, &c.* quòd ut clarum cuique est, minimè pluralitatem aliquam, quin potius solius Suæ Personæ Eminentiam & Monarchicam Dignitatem significaret: ita à simili & Pater Divinus solum significare voluit solius Suæ Personæ supremam suam Potestatem, & Potentiam creativam super omnia creata, & creabilia.

Pacificus. Ex quo Scripturæ vestigio hæc tua tam libera Scripturæ interpretatio Amice Eunomi? volve, revolve, & perscrutare Scripturam, adduc eā, ubi

ubi Deus unitatem Sui, & Personæ significare volens, usus fuerit termino & præfatō loquendi modo: Nos; & magnus mihi eris Apollo; aliud in ea non est reperire, quam: *Ego sum, qui sum-- Qui est, misit me ad vos,* Exod. 3. v. 14. & v. 6. ibidem. *Ego sum Deus Patris tui, Deus Abraham, Deus Isac, & Deus Jacob,* & alibi his simile. Et Exodi 20. v. 2. se Dominum & Deum esse contestans, legem eis dando, præcepta videlicet Decalogi ait: *Ego sum Dominus Deus tuus, & Filio loquens, Psalm. 109.* ait: *Ex ute-
ro ante Luciferum genui te, ergo cum sic locutus est;* Faciamus hominem ad imaginem nostram. Et ecce Adam quasi unus ex nobis factus &c. v. 22. locutus est aliis Personis, per consequens præter solam Personam Patris, plures quoque debent esse Personæ in eadem indivisiibili Divinitate.

79 Quod ulterius ostendo 2dō. ex mādato Xti Apostolis dato Mat. ult. v. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. & illo I. Joan 5. v. 7. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus S: ubi Christus, & Apostolus expressam mentionem faciunt de Tribus dictis Personis: at si tantum unicam novit Xstus, Apostolus unicam tantum credidit in Divinitate Personam, ut quid de Filio & Spiritu S: memorant? nonnē tantum errorum & dissidiorum semina nobis reliquissent hac mentione Trium Personarum, si tamen re ipsa unica, eaque solius Patris fuisset? certè nihil aliud: quod de utroque quis supponere audet? ergo, quia Xstus memorat Tres Personas, & quidem præceptivè in Nomine

iliarum Trium Personarum baptizare; evidens est non esse unicam tantum Personam in Divinitate.

30 Ex quo Xti mandato ac forma baptismi à Xto præcepta, ostenditur etiam Trium Personarum indivisibilis Natura, essentia, ac Divinitas. Nam si secundum te solus Pater sit naturâ Deus, & Filius ac Spiritus S: naturâ pura Creatura: quomodo poterat Xstus conjunctivè mandare, ut in Nominis Patris & Filii & Spiritus S: baptizemur? estne quæso possibile; ut tam diversæ Personæ, & diversæ naturæ, nempe secundum te Divina Increata, & creata possint habere idem nomen, eandem, æqualêmeque virtutem in qua baptizemur? Enim vero si Xti novisset Se & Spiritum S: naturâ creaturas, ad evitandum Fidelium & Apostolorum errorrem, debuisset omnino dixisse, cum fuerit Vita & Veritas: Baptizantes eos in Nominibus Patris & Filii & Spiritus S: quia certissimum est, nos non baptizari pure in nudo nomine, sed in re per nomen significata, videlicet in infinita, & perfectissima Dei virtute, ergo quia absque ulla modificatione præcipit baptismum fieri non in Nominibus, sed in Nominis Patris, & Filii, & Spiritus S: evidentissimum est, & legitimè sequitur, Xstum significasse, & nobis ad credendum exhibuisse sub uno Nominis Patris & Filii & Spiritus S: eandem indivisibilem, æternam, ac in natura consubstantialem Divinitatem, Virtutem, & Potentiam.

31. 3rd Evidem ex Scriptura ostendo Trinitatem Personarum singularum in specie: & quidem unam Personam Patris, ex illo Psal. 109 v. 4. Ex utero

ante

ante Luciferum genui te. & Jsa. 66. v. 9. Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam dicit Dominus? atqui se ipsum nec generare, nec parere potest: & quomodo dicere posset sibi; genui te? quis enim modus loquendi esset hic Deo, ergo debet esse distincta Persona ab ea, quam genuerat. Ecce Persona Patris & Filii geniti.

Ostendo 2do Personam Filii esse distinctam Personam à Patre; cæteris omisſis ex Joan. 1. v. 19. ubi dicitur: Quasi unigeniti à Patre. Joan. 8. v. 42. ubi de semet ipso Xpus ait: Si Deus Pater uester esset, diligenteris uti g̃ me, Ego enim ex Deo processi. & 1. Joan. 5. v. 20. ubi inquit Apost: ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus &c. atqui uestis Filius nequit esse sine distinctione personali à Patre generante, ergo si Patrem dieis verè esse Patrem, Pater autem nequeat re ipsa Pater dici sine Filio genito, Filius debet esse distincta Persona à Patre, quia idem non potest esse generans, & genitum respectu sui ipsius; non enim potest aliquid procedere, aut produci à se ipso.

3ro Ostendo & distinctionem Personalem Spiritus S: à Patre, & Filio ex Joan. 15. v. 26. Cūm au-
tem venerit Paraclytus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit; & ipsa profes-
sione tua de Spiritu S: in qua dicis cum tuis: Credimus Spiritum S: --- qui à Patre Filioque procedit, vel
prout in recenter exhibita professione vestra habe-
tis, qui ab eo (id est Patre) Filioque manat, atqui qui
ab alio miteitur, & ab alio procedit, distinquitur
necessariò ab eo, à quo mittitur, & à quo proce-
dit,

dit, ergo Spiritus S : est Persona distincta à Patre,
& Filio, Pro quo vidè dicta n. 65. 66, & 68.

**Ecce Euno^mi Trinitas Personarum in Scriptura
evidenter expressa.**

82. 4to. Hæc ipsa Trinitas Personarum in una,
eademque indivisibili essentia Divina, quamvis, ut
repetitis jam vicibus te præmonui, evidenter rati-
one naturali demonstrari nequeat, utpote Myste-
rium & arcanum, exceedens omnem capacitatem
intellectus creati, post est nihilominus ex quibuldam
rationibus & similitudinibus in ipsis quoque rebus
creatis repertis vaderi, & similitudinariè ostendi.
Eam proinde ostendo tu modo in homine, qui, *ad imaginem & similitudinem Dei creatus est*. at non secundum cor-
pus: quia in Deo nulla similitudo corporeitatis re-
peribilis est, cùm sit actus purissimus, & totus in
substantia Spiritus, ergo creatus est homo ad ima-
ginem Dei secundum animam rationalem. In ani-
ma igitur rationali, & ejus tribus potentiis ex qui-
bus ipsa constat, videlicet *Memoria*, *Intellectus*, &
Voluntate sic ostendo Trinitatem Personarum in
una Essentia Divina: Hæc enim apparet esse ima-
go Trinitatis Divinæ. Ecce Euno^mi; Eadem ipsi-
sima anima rationalis, est memoria, eadem ani-
ma est intellectus, eadem anima est voluntas, &
tamen non sunt tres animæ, sed una anima, ita quo-
que secundum Professionem meam eadem ipsa Di-
vinitas, seu idem unicissimus Deus, est Pater,
idem unicissimus Deus est Filius, idem unicissimus
Deus, est Spiritus S : & tamen non sunt tres Dii,
sed unus Deus, sicut memoria, intellectus, &
volun-

voluntas in eadem anima non sunt tres animæ, sed una anima.

83. Et quemadmodum in eadem indivisibili anima rationali, memoria sœcunda, quæ est intellectus cum obje^cto, aut specie obje^cti illius, intellectus informatus notitia actuali, voluntas volitione informata, sub his reduplicationib^g, videlicet, memoria ut sœcunda, intellectus ut affectus intellectione, & voluntas volitione, distinquantur realiter ab invicem, licet sint in eadem anima; ita pariter licet Tres Divinæ Personæ sint in eadem Natura, distinquantur tamen ab invicem ut Personæ sunt, Pater nimirū quæ Pater seu Generans, Filius quæ Genitus, Spiritus S. quæ Volit^g & Spirat^g.

Vides igitur Amice Eunomi in ipsa anima rationali & ejus potentiis, Memoriâ, Intellectu, & Voluntate, vestigium quodpiam Unitatis Divinæ in Essentia, & Trinitatis in Personis.

84. Ostendo 2dō in Sole, qui unicus in se est, habet tamen tres individuales res, videlicet, orbiculum, radium, & lumen; attamen hæc tria non dicuntur tres Soles, sed unus Sol: ita pariter in Deo, Pater, Filius, & Spiritus S. non sunt tres Dii, sed unus Deus, quamvis sint tres Personæ.

Ostendo 3tio in igne, in quo 3 similiter includuntur res individuales, videlicet: substantia ignis, substantia urens, & lucens, & tamen non sunt tres substantiæ, tres ignes, sed una substantia, & unus ignis: ita quodammodo discurrendum de Trinitatis Mysterio. Unde si ex me queraras: quomodo aliquis Æternum (ut est Pater) potuerit Æternum, &

sibi coæqualem gnerare Filium? quæro & ego à te Eunomi: dic mihi, quomodo flamma temporalis, generat lucem temporalem? coæva enim est flamma luci, quā generat, nec præcedit tempore flamma generans, lucem generatam, sed ex quo incipit flamma, incipit & lux. Et ut cum Div. Aug. loquar: *Da mihi flammam sine luce, & do tibi Patrem sine Filio*, si ergo in creaturis possibilis est suō modō trina unitas? cur non in ipso rerum omniū Creatore Supremo? Unde ergo Amice Eunomi, quòd adeo abhorreas Trinitatis Divinæ Professionem? ideo forsitan, quia in Scriptura non inveneris expressè hoc Nomen Trinitas: fateor id ipsum & ego ostende quæsto ex Scriptura, quòd solus Pater sit Persona: hoc nullibi legis, attamen credis; & cur non Trinitatem? habetur enim ly *Tres i. Joan. 5.* *Tres sunt qui testimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus S.* ex quo derivatum est hoc vocabulum *Grecum Trias*; ex hoc, Latinum abstractivè. *Trinitas*. Habetur denique in re, & in forma baptizati à Xto præcepta, Matt. ult: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.* ubi expressè nominat & exprimit tres Personas propriis nominibus Personæ, & unam indivisibilem Essentiam per ly *Nomine*. Non est ergo, cur adeo abhorreas Unitatis Divinæ in Essentia, Trinitatis in Personis professionem meam Catholicam; cùm nec sit contra, imò sit secundùm Scripturam, ut patet ex allatis Scripturæ textibus: nec contra rationem, ut claret ex proximè allatis rationibus, & similitudinibus; quamvis sit supra rationem nostram naturalem

lem , cùm sit arcanum Divinum , & Mysterium excedens capacitatem omnem creatam naturalem.

ARGUMENTA PROFESSIONIS UNITARIAE, CONTRA TRINITATEM PERSONARUM DIVINARUM PROPOSUNTUR BREVITER, ET SOLVUNTUR.

85. Eunomius. Audī tuas rationes pro reali distinctione inter se , Æternitate , ac Trinitate Personarum Divinarum in eadem indivisibili Natura Divina : nunc audi & meas , ex quibus in hoc sensu tuæ Professionis Catholicæ Trinitatem Personarum rejiciamus.

1^{mo}. Juxta universale & infallibile Philosophorum principium : *quacunque sunt eadem uni tertio , sunt eadem inter se , atqui secundum priora tua dicta tres Personæ Pater , Filius , & Spiritus S. sunt idem uni tertio , videlicet naturæ Divinæ , ergo & inter se sunt idem , ac proinde in una natura Divina non datur Trinitas Personarum realiter inter se distinctarum :* Videtur & rationi repugnare hoc , ut , quod in se unum & indivisible est , aliquam in se habeat pluralitatem realem , quod tamen in sensu tuæ professionis & conclusionis contingere.

86. 2^{do}. Si non una tantum esset , ut professio mea affirmat ; sed tres darentur secundum te Personæ in Divinis realiter distinctæ , sequeretur tres etiam dari Deos , hoc nec tu admittis , ergo nec immū , ex quo hoc sequitur , admittere debes , Probatur autem sequela : Quia Petrus , Jacob⁹ , Ioannes sunt tres Personæ distinctæ , idco etiam sene

tres homines, ergo à pari, quia Pater, Filius, & Spiritus S: sunt tres Personæ, sunt pariter Tres Dii, sicut illi sunt tres homines.

87. 3^{to}. Quando Filius genitus est à Patre, tunc aut pro priori erat Filius, vel non erat? si erat, quare genit⁹ est: si non erat, ergo aliquando non erat, ergo non est æternus, naturaque Deus; sicque non sunt plures Personæ in eadem natura Divina.

88. 4^{to}. In Deo intellectus & voluntas sunt idem, & similiter intellectio, & volitio Divina, ergo etiā Verbum & Amor, id est: Filius & Spiritus S. ab uno enim non procedit nisi unū. Et tandem: intelligens & intellectio, amans & amor pariter idem sunt in Deo, ergo & Pater & Filius & Spiritus S. sunt idem inter se, ac proinde una Personæ.

89. *Pacificus.* Ex his jam aliquorum attacta est solutio in suprà dictis, præcipue à n. 56. usque ad 60. inclusivè: ne tamen insolitis tuis argumentis, me dixeris *vale à te accepisse*, en, & horum distinctionam in specie solutionem.

Ad ipsum itaque R^edeo. Distinquentia principium illud Philosophicum: quæcunque sunt eadem unicuiusdam sumpto, sunt eadem inter se C. mai. inadæquate sumpto. N. mai. Dist. etiam min. sed tres Personæ sunt eadem unicuiusdam sumpto, nempe Naturæ Divinæ, adæquate sumptæ, N. min. inadæquate sumptæ C. min. & N. utramque Consequentiam. Ratio meæ distinctionis est, prout & jam suprà sub n. 58. dictum est: Quia solus Pater non est idem eadem indivisibili Naturæ Divinæ seu Deitati adæquate sumptæ, sed tantum inadæquate: cum Natura Divi-

Divina, ultra Essentiam, & solam Personalitatem Patris importet alias quoque Personalitates, Filii videlicet, & Spiritus S. Præterea: hoc principium Philosophicum verificari potest tantum de absolutis, non verò de relativis: nam relativa, non obstante quod identificantur uni tertio, quia tamen semper habent oppositionem relativam inter se, ideo distinquantur & inter se; ac proinde licet Personalitates Divinæ identificantur eidem uni Naturæ Divinæ, quia tamen sunt relativæ, distinqui debent ab invicem realiter, propter oppositionem relativam, quam habent inter se; ex qua sola in Divinis Personis oritur ista distinctio realis.

Ad ultimum, quod adiecisti dico: non esse contra rationem, unum & idem in se habere pluralitatem, secundum diversam rationem, ut Professio mea afferit, videlicet eandem & unicam esse in tribus Naturam, tres tamen esse Personas. Nec hoc est contra naturam & contra rationem, ut ostendi proxime n. 75. & seqq.; quamvis sic supra naturam & rationem naturalem.

90. Ad 2dum Rdeo. N. sequelam mai. cuius probationis Dis. Ans. quia Petrus, Jacobus, Joannes tres sunt Personæ, ideo præcisè sunt tres homines N. Ans. quia tres sunt Personæ cum naturæ multiplicatione C. Ans. & N. simpliciter Consequentiam: Quia Professio mea firmiter afferit in his tribus Divinis Personis unam tantum, & immultiplicabilem Naturam esse, cum sola multiplicatione Personarum; at in Petro, Jacobo, Joaõe, & Natura & Personalitas, seu subsistencia multiplicata est.

91. Ad 3tium Rdeo cum SS. Basilio & Augustino,
 Magnis Eccesiæ Xti DD. Filiū fuisse tunc, quando
 genitus est: atqui fuit genitus semper & ab æterno,
 ergo semper & ab æterno fuit. Et hinc ait Aug. epist.
 174. ad Pascentium: *semper gignit Pater, semper na-*
scitur Filius: quamvis, ut ait idem Magn⁹ Ecclesiæ
 Doctor rectius dicatur, Filium genitum esse, quām
 semper gigni; quia licet semper duret actus gignen-
 di, hic tamen actus est semper actus perfectus, &
 completus, sique in æternitate, quæ indivisibilis
 est, non habens prius, & posterius reale, quia est in-
 terminabilis & perfecta possessio; licet cum quadam
 modificatione possit admitti dicendō nempe: ante-
 quām gigneretur *hodie*, genitus est *heri*, sed illud
 ante heri tantum afficit tempus, & nostrum conci-
 piendi modum, non autem ipsam Generationem
 Filii Æternam.

92. Ad 4tum Q. 1mō. Dīst. Ans. In Deo idem sunt
 Intellectus & Voluntas secundūm actus *essentialis C.*
 secundūm actus *notionales N. A.* & *Dīst. Cons.* ergo
 & Verbum & Amor, seu Filius & Spiritus S. sunt
 idem secundūm essentiam C. secundūm modum
 productionis N. *Cons.* Ratio meæ negationis est, sub
 distinctione, quæ & singulariter notanda est: vide-
 licet, quod principiū productivum *quod adæqua-*
tum Filii sit solus Pater, prout evidenter deducitur
 ex illo jam sèpiùs citato Psalmi versu: *Ex utero ante*
Luciferum genui Te &c. Principium autem adæqua-
 tum *quod productivum* Spiritus S. sit Pater & Filius
 tanquam unum comprincipium productivum, pro-
 ut & hoc claret ex jam dictis. Jam autem, Pater
 intel-

intelligendo seipsum necessariò , generat necessariò Filium , seu Verbum , at non generat per actum intellectus essentialēm , hic enim communis est singulis tribus Personis , sicut essentia ; ergo generat per actum Intellectus Divini notionalēm , proprium soli Patri , qui in Intellectu fœcundo Patris vocatur dicitio . Vicissim : Pater & Filius seipso mutuo cognoscentes , mutuo se amant , producuntque mutuum hunc amorem , qui est amor productus , seu spiratus , verbō ipse Spiritus S. At neque hunc producunt per actum voluntatis essentialēm ; quia hic aequaliter communis est singulis tribus Personis ; ergo producunt per actum voluntatis notionalēm , qui in voluntate fœcunda seu productiva , nempe Patris & Filii est spiratio activa , cuius terminus infinitè productus est Spiritus S : ac proinde tam actus Intellectus notionalis , quam voluntatis actus notionalis distinguuntur realiter ab invicem , non tamen ab Essentia Divina , nisi ad minus distinctione formalē ex natura rei secundum Scotistas , aut rationis fatigatioinatem secundum Recent. mixta identitate reali , sicut nec Personas Divinas dicimus distinctas realiter ab Essentia , sed solum ab invicem .

93. Rdeo secundo ad idem argumentum , Cone. Ans. in sensu reali , & N. simpliciter Cons. Ratio mea est : quia minor distinctio requiritur in principiis productivis , quam in terminis productis , prout sunt Verbum & Amor. Experientia enim notum est , quod unus idemque in natura Deus tot diversa rerum genera creaverit ; intellectus noster tot varios conceptus pariat : Ex quo sequitur , sufficere distin-

tionem ex natura rei formalē à Scotistis, à Subtili
Scoto Scotisticam nuncupatam, aut rationis ratio-
cinatæ ab aliis assertam inter Intellectum, & Vo-
luntatem Divinam, in ordine ad hoc, ut habeant
terminos distinctos.

94. Ad ultimum de intelligentे in Deo & intel-
leccióne dico: his nihil aliud probari, quām quod
Pater, Filius, & Spiritus S. sint unum in essentia:
Nam in Deo intelligens seu potius dicens, & Ver-
bum idem sunt, excepta relatione producentis &
producti: sic pariter amans, & amor idem sunt in
Deo, excepta relatione producentis amorem &
amoris producti: quod videtur clare innuere &
ipse Xpus dicens Joan. 16. v. 15. *Omnia quacunque
babet Pater, mea sunt, id est quoad essentiam & na-
turam Divinam, non autem quantum ad Perso-
nam seu Filiationem.* Et hinc ait Concil. Florent.
in literis unionis: *Omnia quae Patris sunt, ipse Pa-
ter Unigenito Filio suo gignendo dicit, prater esse Patrem.*

95. *Eunomius.* Libenter scire cuperem rationem
mi Pacifici: cur Spiritus, qui æquè à Patre produ-
citur, ac Filius, attamen non dicitur Filius, sed Spi-
ritus S: & Amor, & è contra: Filius non Spiritus S.
sed Verbum & Filius?

Pacificus. Hæc merè Theologica & disputabilis
questio est; Ad quam diversæ scholæ diversimode
respondent, absque omni periculo erroris, cùm
omnes in re convenient: possem proinde dicere
cum Scotistis à Scoto dictis, quia nimis productio
Filii procedit ab Intellectu naturaliter agente: pro-
ductio autem Spiritus S: à voluntate liberaliter libera-
te essen-

te essentiali : At quia plus referat ad scopum assumpti nostri discursus dictum S. Aug. R^edeo cum eodem S. Aug. Quod Verbum Patris sit , & dicatur Filius , & Spiritus S: non Filius , sed sit , & dicatur Spiritus S: & Amor , hoc principaliter ideo dicimus & credimus : quia Scriptura , *Verbum* , secundam Personam , nominat *Filium* ; *Spiritum S:* autem nullibi nominat esse *Filium* , ut patet ex supra dictis ; unde teste præmemorato S. Patre : *Quod Filius sit genitus à Patre* , hoc credere debeo , quomodo autem genitus , hoc nihil interest scire . Nam etiam conceptionem Xti virtute solius Spiritus S: in Utero Virginico Virginis Mariæ , & ejus generationem sine viro secundum suam humanitatem , non attingit ratio nostra naturalis , credimus tamen : quare ? quia revelatum habemus in Scriptura , ergo pariter generationem Filii à Patre credere debemus , cùm & hoc Scriptura testetur , ut audisti ex supra dictis , etsi minimè sciamus , quomodo facta sit .

96 Eunom. Alias adhuc permultas haberem rationes Philosophico-Theologicas , ex meis Pastoribus , & Magistris scholaribus haustas , quibus mihi , aliisque , & præcipue illiteratis , rudibusque plebejis persuadere nituntur , implicare veram in Natura Xti , & Spiritus S: Divinitatem , ac realem Trinitatem Personarum in Deo : at quia easdem sortiuntur solutiones , quas sparsim duabus quæstionibus ad mea argumenta attulisti : idcirco eas sine spe reddendi tibi vicem pro vice (intelligo) sine spe te vicissim convincendi , apponarem , soloque lusu verborum amplius protraheretur discursus noster .

Pacificus. Scio equidem tibi, tua quæ unitariæ professionis propugnatoribus plures, variásque adhuc superesse rationes; quarum aliquæ non nisi in lusu terminorum, aliquæ in pura naturalis rationis inquietudine, rationib[us]que mērē Philosophicis consistunt: At fides, articulique fidei, uti sunt *Trinitas Personarum Divinarum in una essentia Divina, veraque Christi, ac Spiritus S:* in Natura Divinitas, non in lusu terminorum, aut rationibus naturalibus consistunt, sed in infallibilitate ea credendi, ex revelatione, propter authoritatem & veracitatem Dei per se, vel per Scripturam, vel ad hoc à se assūptos (prout erant SS. Prophetæ, Apostoli &c.) loquentis. Rationi denique naturali fides non inicietur: hoc ipso enim fides non esset fides, hæc namq[ue] teste Apostolo ad Hæb. 11. v. 1. est sperandarum substantiarum, argumentum non apparentium. Et ex D. Aug. Tract. 40. in Joan. quid fides est? nisi credere quod non vides. Omnis denique inquietudo animi, sublimitas rationis, omnis ratio naturalis & Philosophica in articulis fidei, præcipue in hisce arcanis Divinitatis, captivari, regularique debet, regulâ illâ infallibili pro hujusmodi arcanis Divinis prescripta ab Apostolo 2. ad Corint. 10. v. 5. à me tibi jam s[ecundu]m allegata, ut proinde appositè dixerim cum quopiam gentilium Philosopho: Si Deum capere possem, Is. Deus non esset. Ut ergo hic noster discursus fructuosior sit, t[em]p[or]e non modò rationibus, sed & conscientiâ convictum, veritatémque super resolutis de æterna ac vera in Natura Christi, & Spiritu S: Divinitate, ac reali Trinitate Personarum

xum Divinarum, Professionis meæ Catholicæ articulis, contestaris, accipe pro ultimo nostro Vale ac conclusione nostri discursus, cæteris omissis sequentia dilemmata.

**DUO DILEMMATA.
CONTRA UNITARIÆ PROFES-
SIONIS DEFENSORES.**

97. *Imum est.* Vel Xstus est naturâ Deus consubstantialis Patri, vel non est, sed naturâ pura creatura? *Si est naturâ Deus:* ruit tua Professio unitaria de Xsto. *Si non est Naturâ Deus,* sed pura creatura, & tantum accidentaliter Deus propter dona & gratias à Patre illi soli collatas, ergo duos asseris dari Deos diversæ rationis, videlicet Deum increatum & à se, & alium creatum, & non à se: sicutque evidenter sequitur, Te non Unitarium, sed Duarizum, aliósque pariter non Unitarios, sed Duarios vacari debere, quoniam non unum, sed duos distinctæ rationis Deos dari asseratis: nempe creatum & increatum. Scio quidem quō effugio hoc solvatis, prout & nuperimis diebus fecit professio suistuæ sat vir eruditus, & in Theologicis versatus, sed contra hoc effugium vide dicta suprà n. 52.

98. *2dum est.* Vel nos Catholicæ, à Papa Xsti intererris Vicario Papistæ nuncupati, sumus Xtiiani, vel non? si non: ergo Paganas esse dicis cum tot Mundi Monarchis, & Ipsi Augustissima nostra felicissimè Regnante & Triumphantrice Regina Maria Theresia, cum tot Hungariæ Viris Ss. & Regibus S. Stephano, Ladislao &c. in hodiernis usque dicim.

prodigiis, & miraculis eminentissimis: quæ vix
audes unà tuis palam proferre; sed nec affirmare
potes: quomodo enim miraculis & sanctitate vitæ
eminentes, si Pagani? Si sumus Xstiani, ergo verū
in Natura Deum credimus, nam qui verum Deum
non credunt, illi Xstiani non sunt: atqui si nos
verum Deum credimus, sequitur, quod cù Ami-
ce Eunomi cum tuis (si rem bene consideres, &
veritatem re ipsa fateri, necesse est) non credas
cum tuæ professionis Unitariis verum in Natura De-
um: Nam nos Catholici tales in natura Deum cre-
dimus, qui Unus est in natura, & Trinus in Per-
sonis, tales autem tu cum tuis Co-unitariis ne-
gas, ergo si Deus, quem nos credimus est verus in
Natura Deus, & ideo etiam & à vobis Xstiani esse
dicimur, Deus vester quomodo erit verus in Natu-
ra Deus? cùm ex toto alium & distinctum Deum
profiteamini; nempe & in Natura, & in Persona
tancummodo unum, scilicet solum Deum Patrem,
& nequaquam Trinum in Personis? si ergo nos
Xstiani dicimur; quia verum Deum credimus,
qui est unus in Natura, & Trinus in Personis, tu
chare Eunomi, cum tuis, quomodo dicendus es
Xstianus? quid quid responderis undique te,
cuòsque series.

Ex hoc igitur toto discursu nostro, si salutem
tuam, Deoque æternum frui cupis, conjice Amice
Eunomi, & ipse sis arbiter, num vera & salvifica sic
professio tua, suprà n. 3 attracta, videlicet, quod in
Deo unica & sola Persona Patris detur, Xc9 natu-
ræ sit homo, & à Deo in tempore adūm totum suū
esse

esse creatus , & unicè propter dona & gratias à Pa-
tre ipsi collatas sit Deus dicendus : & pariter Spir-
itus S : non sit naturā Deus , nec Persona à Patre di-
stincta , sed tantūm Virtus Dei Patris ; Et consu-
le saluti tuæ ne à X̄to , qui via , veritas , & vita
est , æternūm excludaris.

99. *Eunomius*. Gracias tibi iteratò Amice Pacifico
pro consilio ac desiderio salutis meæ , pro nomi-
nistui ratione , pacifico discursu , non parva illu-
stratione & eruditione mei super his mysteriis arca-
nis : fateor me & rationibus , & conscientiâ con-
victum : sed heu mihi infelici , undique angu-
stiæ ! quod ipsum me unà , ah quām multi inge-
minant ! Enim verò si agnitam professionis tuæ
Catholicæ veritatem non amplectar , Filius æternæ
damnationis sum : si amplectar , & tuam verita-
tem Catholicam profitear , ecce abrumpo filum , &
media vitæ temporalis fovendæ , ac conservandæ :
Et quæ quæso Amice Pacifico improperia subsa-
tiones me manent à meis Parentib⁹ , consangvine-
is , & omnibus meæ Professionis Unitariæ amicis ,
Magistris , & Pastoribus ! Ast nunc adhuc in hac
Professione mea Unitaria spes magna me alit : cùm
enim literatus , bona quæ spei sim , apud meos olim
forsitan & munus Pastoralis officii , quin imò &
Superintendentis gradum me obtenturum spera-
rem , actuque pacificus (licet cum remorsu
conscientiæ , & timore æternæ salutis) vivo cum
omnibus : si verò tuæ me subscripsero professioni
unicè salvificæ , ecce succisa est spes omnis mei fu-
turi progressus ad eminenteres gradus ; succisa
vigens

vigens hactenus inter præfatos suavis ac pacifica harmonia.

Pacificus. Has tuas rationes permultis eruditis & altioris conditionis utriusque sexus extra Religionem Catholicam existentibus præcipuum & communissimum esse obstaculum, & vinculum, quod arcentur agitam veritatem professionis meæ proficeri, testis est experientia: Quod ipsum & ego exemplò cuiusdam Pastoris reformatæ, ut vocant, Religionis Calvinianæ ex sede Uldvarhelly contestor: qui exilem personam meam accedens, ea intentione ipso referente: ut meam amplectetur professionem Catholicam: certior fieri cupiens de nonnullis professionis meæ articulis, in quibus sibi adhuc fluctuari videbatur, super quibus pro vili meo posse ipso teste certior factus, jamque brevi emissurus Professionem; ecce! privatus suo munere Pastorali, & exinde alias exiguo obvenienti beneficio; quid agat miser ferè quinquagenarius Pastor cum sua conjugi, scilicet vel 6. prolibus, aliis vita mediis destitutus, & jam contra se insurgentibus cunctis Prædicantiis, notis, amicis? lamentabundus conqueritur: His motus, convictus licet in conscientia teste ipsomet, ejusque comite equidem Pastore dictæ Religionis Calvinianæ, anhelansque agitam Fidem Catholicam proficeri: resolvit nihilominus se ad continuandum munus Pastorale inter Reformatos Calvinos, instat pro eo, obtinet difficulter, & ex præfatis solis rationibus agitæ pro priori & approbatæ veritati Catholicæ renuntiat.

Quæ motiva prospiciendæ suæ salutis æternæ? quid
ve consilii ei dederim? non referto: Ast tibi ad hu-
juscemodi præmemoratas tuas rationes, & ob-
stacula amplectendæ agnitæ veritatis, hoc unicè
consilii do: quidquid consilii, rationis, & motivi
eidem Pastori de prospicienda sua salute dedisses,
si tuam Professionem Unitariam, unicè putan-
do salvificam, agnoverisset; eam tamen ex relatis
suis, tuisque rationibus profiteri recusasset; quid
consilii dares si Judæus, & Turcus rationibus &
conscientiâ convinceretur? tuámque professionem
salvificam, suam verò erroneam esse diceret; nequa-
quam tamen eam vellet profiteri? denuo quid
consilii, motivi, & rationis mihi allegares? si argu-
mentis tuis, ratione, & conscientiâ convincerer,
verámque ac unicè tantummodo tuam agnosce-
rem Professionem Unitariam salvificam? convictus
licet rationibus, conscientiâ, & agnita veritate
professionis tuæ, eam tamen amplecti, profiteri,
ex præmemoratis, aut consimilibus rationibus ab-
solutè recusarem? quid quid inquam illi Judæo,
Turco, mihiique in his circumstantiis, consule-
res, rationis allegares, illud tibi accipe Amice Eu-
nomi pro tuo consilio, ratione, & consulenda
tua salute.

Adjicio nihilominus tibi ex Evangelista Mathæo
sequentia Xti consilia, & monita.

I^{mo}: Si manus tua vel pes tuus scandalizat te &c. id
est: si bona, & spes vitæ temporalis, amici &c. sine
tibi impedimenta salutis tuæ æternæ, projice abs te;
bonum enim tibi est ad vitam ingredi debilem vel clau-
dum &c.

dum &c. quam duas manus, vel duos pedes habentem,
 ob respectum humanum, amorem temporalium,
 amicorum &c. mitti in ignem æternum. Matt. 18. v. 8
 2dō. Lege attentiūs consilia Xti apud eundem c. 6
 à versu 19. usque in finem, ac ex his sume pro te,
 hanc Xti conclusionem. Nolite ergo solliciti esse dicen-
 tes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quid
 operimur? hac enim omnia gentes inquirunt, scit enim
 Pater vester, quia bis omnibus indigetis. Quarite ergo
 primū regnum Dei, & hac omnia adjicientur vobis
 3rdo Quid prodest homini, si Mundum universum lu-
 gretur, anima vero sua detrimentum patiatur, aut quam
 dabit homo commutationem pro anima sua? 4to. Qui
 amat Patrem, aut Matrem plus quam me, Filium aut Fi-
 liam super me- & qui non accipit crucem suam, &
 sequitur me, non est me dignus. Matt. 10. v. 37. 5tō
 tandem ex eodem cap. Omnis qui confitebi-
 tur me coram hominibus, confitebor & ego
 eum coram Patre meo, qui in cœlis
 est. Hæc igitur sequere, & fac cha-
 re Eunomi, & cum Xto, qui
 via, veritas, & vita est, æter-
 nūm vives, vale.
 Finis.



Errata Typi que in hoc opusculo irreperuntur;
sic corrigere Benevole Lector.

- Pag. 1. lin. 17. adde ad.
Pag. 3. lin. 15. omitti debet hoc.
Pag. 6. lin. 13. loco st. lege ac.
Pag. 7. lin. 6. loco punct. i. lege 7.
Pag. 9. lin. 16. loc. actatum lege actum.
Pag. 10. lin. 11. loc. v. 14. lege v. 4.
Pag. 14. lin. 23. loc. Confirmat lege Confirmant addit.
Pag. 20. lin. 28. poni debet num. marg. 15.
Pag. 22. lin. 17. poni debet num. marg. 16.
Pag. 23. lin. 25. loc. pullulari leg. pullulare.
Pag. 24. lin. 9. loc. calculari, leg. calculate.
Pag. 43. lin. 6. loc. v. 8. lege 19.
Pag. 52. lin. 27. loco 6. lege cap.
Pag. 65. lin. 19. loco 6. lege cap.
Pag. 89. lin. 15. loco 6. lege cap.
Pag. eadem. lin. 24. loco natra lege natura.
Pag. 95. lin. 21. loco proximè. lege proxime.
Pag. 96. lin. 15. loco spiritus. lege spiritus.
Pag. 10. lin. 6. loco Ergo lege sed.
Pag. 19. lin. 25. lege Zach. 12.
Pag. 25. lin. 1. lege sap. 13.
Pag. 27. lin. 3. adde probo assumptum ab Inductione:
Sic enim in primis non sunt renovati Dæmones; quia &c.
Pag. 31. loco num. marg. 96. lege 56.
Pag. 86. lin. 27. lege non est.

Alia minoris notæ emendabit Benevoli Lectoris
Prudencia.



